




3 . C . P . T . B . f . 132


La Bibliotheca du Marechal Desouza

















PHILIPPI GLASERI JCⁱⁱ.
ARGENTORATENSIS,

S Y N G R A M M A
HISTORICUM:

In quo continentur :

- I. PROLEGOMENON de Historia, ejusq; accidentibus.
- II. DISSERTATIUNCULA, de Præstantia Cognitionis Historiarum.
- III. NARRATIO compendiosa rerum præcipuarum ab O. C. usq; ad Ann. CHRISTI M. DC. I.
- IV. ADMONITIO de rectè legenda Historia.
- V. CATALOGUS Historicorum selectissimorum dives, & ordine bono digestus.

OMNIA IN GRATIAM STUDIOSORUM HISTORICAE FACULTATIS JAM PRIDEM CONSCRIPTA ET COLLECTA: NUNC autem Narrationis compendiosa Continuatione, ab Anno CHRISTI M. DC. I. usq; ad Annum CHRISTI, M. DC. XXVIII. adacta, rerumq; & verborum Indice locupletata:

A

PHILIPPO FRIDERICO, PHILIPPI F.
GLASERO, Argentoratensi.

ARGENTINÆ,

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLASERI,
ANNO M. DC. XXIX.

VIRIS.

MAGNIFICENTIA, NOBILITATE
GENERIS, AMPLITUDINE, PRUDEN-
TIA, CONSILIIS, VIRTUTE, DOCTRI-
nâ, Honestate & multipli rerum Usu
clarissimis:

- DN. BERNHARDO à Rageneck } Liberæ Argent: Reipub Prætoribus
DN. JACOBO Sturm à Sturmeck } florentissimis & verè magnificis.
DN. JOANNI HELLERO, Ejusdem Reipubl. Consuli gravissimo, mul-
tisq; nominibus meritissimo.
DN. NICOLAO LUDOVICO WORMSERO } Quindecimviris Pa-
DN. SEBASTIANO SCHACHIO } triæ, Nobilissimis; &
DN. JOANNI PETRO STORCKIO } prudentissimis.
DN. JOHANNI FRIDER: SCHMIDIO JCto. Amplissimo; Comiti Pala-
tino Cæsareo, dictæq; Reip: Patriæ Consiliario & Oratori celeberrimo.
DN. PHILIPPO SCHEIDIO JCto Excellentissimo, & perinclytæ Impe-
rialis Cameræ Advocato clarissimo.
DN. DANIELI OESINGERO JCto. itidem Perinsigni; & causarum Argen-
tinæ, Patrono laudatissimo.
DN. JOSIÆ GLASERO. Honoratissimi Quindecimvralis Senatus ibidem
Secretario dexterissimo; literis ac rerum politicarum usu exercitatissimo.
DN. MATTHIÆ BERNEGGERO. Rheticæ Facultatis, apud Nostrates, Pro-
fessori doctissimo; Historiarum omnisq; elegantioris literaturæ & lin-
guarum longè peritissimo.
DN. MICHAELI FABRO: Infirmorum in Republ. sæpè dictâ, Curatori
diligentissimo; Eruditione & vñtæ integritate spectatissimo.
DN. JOHANNI GEORGIO Falcken/Aerarii Patrii Tabulario per 40. annos
vigilantissimo, juxta & fidelissimo; nunc per Senectutem, probè Eme-
rito.

*Dominū suis Macenatibus, Evergetis, Benè-
factoribus, Propatribus, Fratri, Fauto-
ribus, Affinibus & Amicis, submisæ, piè,
officiosè ac peramanter honorandu.*

S. P. D.



Uo sunt, VIRI HONORATISSIMI, quæ ad PHILIPPI GLASERI, Genitoris mei ¹⁷
~~17~~, Syngamma Historiæ Theoreticæ continuandum,
cum primis me adduxerunt; scilicet evidens Libelli utilitas; & debita in defunctum parentem Pietas. prioris nemo (quod reor) infitias ire poterit, qui & fidelem ~~προθεωρίας~~ Historiæ dissertationem; & ipsius Facultatis usurpandæ methodicam explanationem, cum rotundâ Narrationis brevitate, de præcipuis omnium ætatum Historiis, sacris & prophanicis, tam facili, tamq; concinno sermone contextâ, sublimius examinaverit. Quid enim Lectori & in primis Tyroni cuiusq; Scientiæ celerius apprehendendæ, accommodatius, melius, utilius, quam perspicua & erudita Brevitas? verè namq; Horatius de arte Poëtices;

*Quidquid præcipes, esto brevis, ut citò dicta
Percipient animi dociles, teneantq; fideles.*

Posterioris ratio tanquam de cœlo o-
mnibus patere debet, utpote cùm paganis,
tùm Christianis jam pridem explorata., &
comprobata. Etènim quid in hâc ærumno-
fâ mortalium vitâ, pòst D E U M , creatorem
animatorum, beatius, jucundius, optatiusq; re-
peritur, verâ φιλοσογγία, naturali parentum ergà
liberos & liberorum ergà Parentes amore.
Hiverò sunt, à quibus (Cicerone teste) vitam,
patrimonium, Libertatem ac Civitatem ac-
cepimus. Hos igitur toto pectore sitiendos,
amplexandos, deosculandos atq; immortali
honoris cultu afficiendos esse, quis, nisi men-
tis inops vecorsque negaverit ? Quamvis
autem, V I R I E M I N E N T I S S I M I ,
meam in paternis hisce lucubrationibus per-
texendis imparitatem ; juxtâ & infelici-
tatem probè cognoverim; quippe qui ne-
que Ingenio, neque Doctrinæ Professione,
cum

cum Patre (non secūs atque cum Aquilâ
Cornix) sim conferendus : Nullus ta-
men , ut opinor , absq; vitio , mihi vitio ver-
tet , si perutile Ejus studium , meâ quoq; opel-
lâ , qualiter cumq; adauctum ; inque piam I-
psiis recordationem , & Historicæ Pubis gra-
tiam , denuò procusum exeat .

Cæterùm Vobis , mei Mæcenates ,
Patroni , Benefactores , Propatres , Frater &
Amici , Vobis inquam fœtum huncce , in-
ter severiora Functionis nostræ , in Aerario
publico negotia , productum , ac $\pi\alpha\gamma\epsilon\gamma\omega\sigma$ dun-
taxat efformatum , nuncupare volui ; ut
meam partim erga Vos , summam obser-
vantiam , studium atq; amorem (haetenùs oc-
cultò nutricata) publico nunc argumento te-
stificarer ; meque pro acceptis tam plurimis
beneficiis , magis magisq; Vobis oppigne-
rarem : partim etiam , ut Authoritate & Robo-
revestro munitus , improbos Zoilorum risus
& maledicta , huic Conatui nostro vix defu-
tura , animosi ùs impugnarem , atq; reprime-

rem: Spe interim pulcherrimâ fretus, ut levide
dense hoc munuscum , quod strenæ loco
exhibetur , æquis animis suscepturi , atque
exinde optimi Parentis nostri, PHILIPPI
GLASERI , memoriam benignissimè habi-
turi sitis. Quod superest, DEUM ex animo
precor, ut sua dona , quæ in Vos omnes &
singulos largissimè contulit, diù conservare,
tueri atque augere dignetur, quò simul & In-
clytæ Reipubl. Patriæ ; Scholæ atque Oecon-
omiæ, laudatissimis vestris conatibus, ulte-
riùs prodesse , præesse ac superesse queatis.
Valete felicissimè. Argentorati 8. Idus De-
cembr. Anno exuberantis gratiæ Divinæ,
M. DC. XXVIII.

V. V.

Omni Observantia, Cultu,
Studio atq; Amore

Paratissimus

PHILIPPUS FRIDERICUS
GLASERUS, Argentinensis.

ILLUSTRIBUS
AC VERE GENEROSIS
MAGNAEQUE SPEI
Adolescentibus:

DOM. CAROLO à ZEROTIN.
Juniori, &c.

Et

DOM. ZDENKOVIO L. B.
à RUPPA &c.

Dominis suis Clementibus S. P. D.



ISTORIARUM LECTIONEM OMNI INGENUO AC LIBERALI HOMINE DIGNAM, ILLUSTRES AC GENEROSI ADOLESCENTES: IIS VERÒ, QUI AD GUBERNACULA POLITIAE ET RERUM PUBL. OLIM SUNT ADHIBENDI, OMNINO NECESSARIAM ESSE: NEMO SANAMENTIS EST, MECUM, QUI DUBITET. LICET ENIM JAM PRIDEM VIRI PRUDENTES AC LITERATI, BENÈ GUBERNANDI RATIONEM ATQ[UE] SCIENTIAM, QUAM POLITICAM VOCANT, CERTIS THEOREMATIS ATQ[UE] PRÆCEPTIS CONCLUSERINT: EX QUIBUSILLA, NON MAGNO AMPLIUS LABORE POSSIT ADDISCI: TAMEN EADEM PRÆCEPTA EX HISTORIARUM

D E D I C A T I O .

rum cognitione desumpta , & inductione plurium Exemplorum confirmata esse , optimus quisq; Politicorum Scriptorum confitetur. Licet etiam sint non pauci , qui existiment à Natura dari pralustribus hominibus indolem Heroicam , qua ad sustinenda onera Reipub. & ad subditos regendos sola sufficiat : Doctrinam & Historiarum cognitionem non semper , nec summoperè requiri : tamen & hi falluntur egregiè. Etenim , ut ut hoc eis largiamur : Civilem Prudentiam , (in qua tota penè consistit Politica) multos à Natura impetus sumere , & ab eadem divinitùs instrui ad omnes sui munieris partes dextrè ac feliciter obeundas : non ob id continuò certum est : omnes qui magno natu sunt , magno etiam ingenio & Heroica illa virtute præditos esse. Quin imò constat infinitis Exemplis , eandem Virtutem , non nisi in animo benè literis instituto , mature conspicī : serò admodum in iis , quos usus atque Experientia tales esse voluit : ut cum Seneca rectè statuit Quintilianus lib. 12. Ovid. 6. Metamorph.

Sit igi-

D E D I C A T I O .

Sit igitur Natura & Indoles bona : ad eam post accedat, cum alia in literis & moribus educatione liberalis : tum vel maximè in Historiis exercitatio crebra : ac tum demum præparatus erit ad suscipiendam gubernandamq; Rempubli-
cam, togæ militiaq; tempore, quisquis ad eam cœlitùs est destinatus. quemadmodum rectè sen-
sit, alter ille Magnus ALEXANDER SEVER.
quem descriptum nobis reliquit Lampridius.

Hoc jam posito, Illustres ac Generosi Ado-
lescentes, quid nam dicam Vobis animi esse
debere, in magna fortuna & felicitate vestra ?
Nati estis ambo ex vetustissimis splendidissi-
misq; familijs, virtute ac meritis, non in Mo-
ravia tantum, Bohemia & Austria : sed in
omni adeò Europa clarissimis. Quis enim
tuam ignorat gentem CAROLE, gentem in-
quam ZEROTINIAM, cum Majorum titu-
lis : tum posteriorum laudibus (maximè G A-
ROLORUM) cumulatissimam : de quibus præ-
stat à me hoc loco nihil, quam pauca dici. Quis
tuam, ZDENKOVI, familiam RUPPANNAM,
): (

D E D I C A T I O .

non vel in te ipso agnoscat Generosissimam :
vel in Parente laudatissimo WILHELMO
L.B. à RUPPA, Landonovviczij &c. Domi-
no, arcis Cæsarea Znaimensis Präsidii dignissi-
mo admiretur : quo viro nihil liberalius , cul-
tius , humanius , & ad vitam politicam aptius ,
Natura ipsa finxisse videtur. Nónne sic sen-
tiam? cum præter Illustres natales : adsint Vo-
bis ingenij, memoriae, ac elocutionis dotes pluri-
mae & maxima: cum Corporis sit forma, Vale-
tudinis robur: adhac Institutio in vera pietate,
bonis literis , moribusq; honestis : proximum
nunc esse : ut Historiarum lectioni Vos addi-
catis : & mature assuecatis ijs, in quibus taber-
naculum vita & gloria Vestra & collocandum Vo-
bis intelligitis? Omnipotens sic statuo : quia hæc o-
mnia tempestivè à vobis cognita & explorata,
magis magisq; animos vestros ad amorem ju-
vanda Reipub. accendent.

Accipite ergo à me, Illustres ac Generosi
Adolescentes , hujusce rei qualecunq; funda-
mentum atq; exordium : quod inter cætera, ve-
stris

D E D I C A T I O .

stris etiam privatis usibus, hoc in Syngrammate
Protheorico posui, & in eo Vos legendō medi-
tandoq; exercete sedulō: donec ad majora pateat
aditus. Excitate dona, quæ in Vobis sunt: &
cum alia liberali artium, Linguarumq; cogni-
tione, tūm verò pulcherrimarum rerum (quæ in
Historiis sese offerunt) perceptione, eadem au-
gete, ornate, conserve. Idq; non meo tantū
nunc hortatu ductuq; inchoate feliciter: sed mul-
tò magis, domesticis accensi Exemplis, Clarissi-
morum luminum, in familijs vestris Generosissi-
mis, perficite: ad metam deniq; properate impri-
gri, quotidiana ac fideli admonitione vestrorum
Inspectorum, Moderatorum ac Praeceptorum
extimulati: JACOBI nimirum Gveteli-
ni, THOBIAE DACIKII, & CHRISTIA-
NI GOCHSCHEMII: qui, ut syncera pietate,
doctrina solida, morum humanitate, excellunt
ipſi: sic Illustria vereq; Generosa pectora ve-
stra ab his, virtutibus præsidijq; cunctis, quam
optimè instructa accumulataq; reddere cupiunt:
& vos Patriæ, Parentibus atq; propinquis bre-

DEDICATIO.

vicum gaudio & gratulatione sistere. Adeam
rem , si ipse quoq; levidensi hoc Syngrammate
meo , aliquid incitamenti adjumentiq; contule-
ro : satis me magnum fructum cum hujus labo-
ris, tum mei in vos Studij, observantie , amoris,
& obsequij: addo et iam in universum, humili-
mæ meæ devotionis , erga illustres ac Generosas
familias vestras, reportasse judicabo. Reliqua
vota pro salute & in columitate Vesta jam pri-
dem quæ vorvimus rata faciat Altissimus : hoc
præsertim con clamato & exulcerato saculo : in
quo talibus Christiana Respub. opus habet ma-
xime: quales vos existere aliquando, exoptamus
unice. Valete diu & Feliciter , Argentorati,
Idibus Martij Anno ultima patientia divino
M. DC. I.

V. Illust. ac Generos.
Indolis amantiss.

PHILIPPUS GLASERUS
Jur. & Histor. Professor.

IN SYNGRAMMA PHILIPPI GLASERI J. U. D.

HISTORIARUM IN ACADEMIA

Argentinensi Professoris digniss.

EPIGRAMMA.

Ad Historiarum Studiosum.

Quisquis scire viam cupit venustam,
Jucundam, facilem, vel expeditam,
Quâ possit mare navigare tatus
Immensem HISTORIÆ: dein recessus
Rimari dubios: queat cupitum
Postmodum studiis tenere portum.

Is *Syngramma* breve hoc, manu GLASERUS
Quod dedit fecili modo, revoluat:
Pol rudem poterit polire mentem.
Et fœcunda quidem profundioris
Cum maturior advolarit ætas,
Hinc crescat seges eruditionis.

M. Bernhardus Wideman,
Ambergensis.

PRAEFATIO AD LECTOREM BE- NEVOLUM.



I RABERIS FORTASSE, Lector benevole, quid sit, quod post tot insignes viros, veteres ac recentiores, qui de legenda scribendaque Historia commentati sunt, & Chronologias, Isagogas, Institutiones, Synopses & id genus alia scripta, tam in Universali, quam Particulari Historia, magno legentium applausu, huc usque emiserunt: ego quoq; nunc prodeam, veluti post Homerum Iliada aut post Vergilium Aeneida scripturus, famaque gloriolam aliquam aucupaturus? Verum excusatum me habebis, confido: si quae vera sit hujus Syngrammati occasio, causaque: & quae porro instituti uostiratio cognoscere non pigebit. Breviter autem & verè sibi habeto. Cùm antea annos aliquot, patria in Schola, autoritate incliti Magistratus Senatusque Academicorum, Professio Historiarum mihi demandaretur: statim, posthabitis aliis Studiis, Spartam illam, ut debui, pro tenuitate ingenii ac eruditionis meæ, ornare instui. Ac primò quidem, secutus Polybii, autoris præstantissimi Præceptum, Universam Mundi Historiam, ex Justino & aliis Scriptoribus, quanta potui brevitate proposui: deinde selectis iis, quæ cognitione memoria que dignissima videbantur, in brevem & succinctam Narrationem, veluti in corpusculum quoddam, redigi. Porro particularem Historiam aggressus præ cæteris Romanam delegiatq; tractavi: ut vetustate & diuturnitate tem-

P R A E F A T I O A D L E C T O R E M .

temporis: ita rerum gestarum amplitudine , Præceptorum & Exemplorum varietate atq; elegantia, longè præstantissimam : Studiosis autem omnibus maximè utilem & necessariam. Hisce quandoq; interposui veteres Scriptores ipsos : ut corām & quasi viva voce loquentes eos audirent Studiosi : quandoq; in genere de Historiarum præstantia & usu, de quæ ea rectè cognoscenda , quædam disserui inter ipsos & admonui. Quæ omnia, cùm non planè ingrata fuisse cognoscerem, & à nonnullis etiam, non obscuræ notæ Studiosis, expeti & describi animadverterem : (ut sæpè melioribus neglectis, deteriora humandum ingenium oblectant , varietatis causa) iccirco passus sum, ex his nonnulla publici modò juris fieri : magis ut voluntati quorundam Auditorum , mōrem geretem , quām ut inde laudis aut præmii quid me consecuturum sperarem. Totius autem instituti mei ratio hæc est: Primū, ut (cum Historiam omnem à fine suo jam olim digesserim in Theoreticam & Practicam.) utriusq; Protheoriam seu Progymnasmata quædam atque præludia Studiosis adolescentibus, (maximè Tyronibus Historiarum) antè omnia exhibeam. Deinde ut Indicibus duobus : Ecclesiastico uno, altero Politico : præcipuas Personas & Res , de quibus in Historiis agitur , comprehendam , & certis Synopsesi legentium oculis propinan : Chronologia , quoad licet, accuratè observata. Tùm , ut Regulis atq; Exemplis usum eorum per locos Politicos ostendam , omnia pro mediocritate ingenii ac doctrinæ nostræ. Quò ad primum. præsto nunc illud quomodocunque, præsenti Syngrammate, in quinq; diversis particulis, veluti *προθεαρίας λέγοις* , animum Historiarum Studiosi , ad insequentium pulcherrimarum rerum cognitionem præparaturus. quarum summam in Frontispicio

P R A E F A T I O A D L E C T O R E M.

spicio Opusculi Lector humanissimus videbit. Alterum proximis Nundinis Autumnalibus, Deo me benèjuvante, subjungam: Tertium deinceps, quām potero citissimè fidelissimeque in usum eorundem Studiosorum absol-
vam itidem atque exsolvam: si modò Progymnasmata hæc principiaque illis haud ingrata fuisse cognovero. Hæc breviter est occasio causaque editi hujus Syngram matis: & Ratio totius instituti nostri, in adumbranda & ad usum transferenda Historia: in quo, cùm videas Lector humanissime, unicum nobis scopum finemque propositum esse: Juventutis Studiosæ commodum: ut nimirum ea bono ordine in Historiarum cognitione procedat, jucundè in ea versetur, & tandem fructum exoptatum in sua, aliorumque vita rebusque ritè instituendis & gubernandis reportet: non opinor, sinistre, hunc à nobis suscepturn laborem, interpretaberis. Nemo siquidem mortalium, ne Barbarorum quidem, tām alienus est ab humanitate: qui non adolescentes Studiosos omni meliore modo, utin aliis necessariis artibus atque scientiis: ita etiam Historiarum in cognitione, informatos atque eruditos viderecupiat. Vale & cæte-
ros in hoc genere conatus nostros
benignè adjuva.

PHILIP-

PHILIPPI GLASE-
RI, IC. AD STVDIOSOS
HISTORIARVM.

PROLEGOMENON.



NTE QVAM DE FACVLTATIS
Historicæ præstantia differamus, generalia
quædam capita, veluti περιεργίæ λόγοι,
præmittenda mihi, paucisque explicanda
videntur: nimirum de Origine & Ety-
mo Historiæ, Definitione, Materia,
Forma, Fine, Effectis, Causis adiuuan-
tibus, Diuisione denig, ac partium breui descriptione. Sic enim
Historiæ amplitudinem dignitatemque melius percipiemus, &
ad eam cum voluptate & fructu cognoscendam magis magisque
accendemur.

Quod igitur ad Originem Historiæ attinet, docet quidem
vox ἵστοριας Græca, initium illius à Græcis esse profectum: utpote,
quibus à Deo datum ingeniosè & eruditè res scitu dignas in ar-
tem redigere, & suis ijsque pulcherrimis nominibus appellare:
vnde Poëta illud:

Graijs ingenium: Graijs dedit ore rotundo
Musæ loqui.

Verum ut hoc, ratione culture, & nominis notionis libenter con-
cedimus Græcis: ita viciſſim primam condendæ Historiæ scienti-
am, conditæque originem, non nisi Primis parentibus, & quidem
ipsi populo Dei attribuere possumus: à quibus, procul dubio Ae-
gyptij etiam, ut alias artes & disciplinas ab exule Abrahamo:
ita & Historicas annotationes ab initio hauserunt: quicquid

De Historia,
quæ loco ap-
pœrias sci-
enda.

Origo Historiæ.

Nominis.

Rei.



Seth & Abraham.

Duae Scientiarum columnae,
ante Diluvium.

Mose antiquis
sumus scriptor
Hebreus.

Graci & Latini
vetustissimi
scriptores.

Etymologia.

tandem Aegyptij Sacerdotes apud Platonem in Timao de antiquitate sua glorientur. Quod etiam non obscurè innuit Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 3. ubi affirmat Sethum Patriarcham cum pia posteritate sua, sapientiam cœlestium rerum, & artium atq; disciplinarum principia, duabus insculpsisse columnis, lapideæ & lateritiae: ne forte diluvio aut alijs calamitatibus, inuenta isthac ex hominum notitia dilaberentur, aut prius interirent, quam cognoscerentur. Idem confirmat quoq; vetustas & autoritas Mose, sanctissimi Prophetæ, quo nemo prius, nemo pleniū, nemo certius Originem Mundi, Ecclesiæ Dei, primorum hominum, ac Politiae, breuiter statum totius Orbis, per continuam seriem Annorum 2493. quam ipse, usque ad mortem suam conscripsit, aut posteritati reliquit: cui rectè adnumerantur reliqui diuinorum rerum Scriptores, & Prophetæ, quibus ipse filius Dei, Dominus ac Servator noster IESVS CHRISTVS, antiquitatis, fidei, & veritatis testimonium, dum in terris versaretur, sapissime perhibuit. Ita ut non iniuriâ, fabule mere præ his censeantur, quæcumque veteres Aegyptij, Graci, Aborigines & similes populi de suis Historijs & antiquitatibus ridiculè gloriati sunt: licet neque Cadmum, Pherecidem, Hellanicum, Acusilam, Xenophontem, Philistum Græcis: neque Romanis Saturnum, Tritones, Fabium, Catonem, Pisonem, Fannium & similes, primos cuiq; suos Historicos inuideamus. Cæterum dicitur iōgīa Etymo græco, ὅπις ηστὶ τὸν ρῆν, i. e. quod sistat fluxum. Cum enim hominis memoria labilis sit, fluxa atque infirma: ob id, ne antiquitas & rerum scitu dignissimarum cognitio periret, Historia excoxitata est: ut vult Plato in Cratylo. Quod idem probat Herodotus lib. 1. dum inquit: ιωρίης ἀπόδειξις ήδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα εξ αὐθεώπων τῷ γένοντι λαγενηται, μήτε ἐργα μεγάλατε γένεται, ἀκλεῖ γενηται: i. e. Hæc facultas & hæc demonstratio est Historie: ne ea, que in Mundo gesta sunt, ex hominum memoria cum tempore exolescant, aut magna & admirabilia facta in obscuro

obscuro lateant. Quod idem Cicero, veluti secutus Platonem, lib. 2. de Oratore assuerat: dum Historiam vocat Testem temporum, Vitam memoriae, Nunciam vetustatis. Sunt, qui deducunt nomen Historie παρὰ τὸ ιστορεῖν, vel εἰστηρᾶν, ab inspiciendo, vel ἀπὸ τῆς φίσιας τὰ ὄργανα, i.e. quod sit ocularis & quasi sensata cognitio. Quoniam necesse est eum, qui scribit Historias, aut spectasse coram quæ scribit, aut ab alijs, qui præsentes viderunt, & res illas sensibus suis cognoverunt, accepisse. Nonnulli τὸ ιστορεῖν volunt esse idem, quod τὸ θεᾶσθαι, h.e. contemplari seu considerare: eò quod Historiae subinde nobis exhibent aliquid vel Præcepti vel Exempli, quod in vita humana obseruandum, & ad usum transferendum sit. Ex his non obscurè intelligitur differentia inter Historiam & Annales, de qua est apud Gell. lib. 5. cap. 18. & tota disputatio de huismodi appellationibus. Nam Historicus, qui Res gestas describit, vel habet certitudinem illarum, à se ipso, est àuctōrāns, & sic propriè scribit Historiam siue unius anni siue plurium: vel scribit ab alijs audita & lecta, per Acroasis & Anagnosin, & sic Narrationes potius Historicas, & Syngrammata edit, quam Historias: licet Verrius Flaccus apud Gellium, putat tales Narrationes posse dici Annales. Sed verius est, in genere, si dicamus, Historiam omnem esse CHRONICON: quoniam fit in tempore: & huius respectu iterum distingui in partes Simplices & Compositas, & pro earum ratione diuersas appellationes sortiri. Verbi gratia, secundum simplices partes Temporis, & motum solis Diurnum, scribit Historicus Ephemerides, vel Diaria: secundum anni cursum unius aut plurium, scribit Annales, secundum Lunæ cursum Menstruum, scribit Menologiam: aut Bimestria, Trimestria, Semestria &c. Secundum compositas Temporis partes: utpote iuxta Lustrum seu spaciū s. annorum, scribit Olympiades: iuxta 10. annor. spaciū scribit Decades: iuxta Seculum seu 100. ann. scribit Centurias, & sic in sequenter.

Differentia inter Historiā &
Annales &c.

Definitiones
Historiae.

Materia Histo-
rie in genere.

Historiae am-
plitudo..

Porrò definitur Historia, populari quodam modo: quod sit Rerum in Mundo gestarum memoria: Item Rerum antè gestarū vera & illustris Narratio. Accuratius autē & Φιλοσοφίας ita: quod sit Cognitio rerum singulariū vel diuinitū patefacta, vel per sensus quoquo modo hausta mēteq; comprehēsa. Nam quicquid prater diuinam reuelationē, & novas cōvocias (communes sententias nobiscum natas) & Aximata hominibus naturā nota: vel per sensus, aut inductionē rerum singularium à nobis percipitur: id omne vocabulum Historiae suo nomine comprehendit. Ita SS. Theologia, nihil aliud est, quam Historia, & vera atq; sincera cognitio, nobis diuinitū patefacta de Essentia Dei, & voluntate eius erga genus humanum, & de operibus stupendis atq; adorandis. Ita tota rerum Natura, & quæcunq; eius nomine censemur: nihil aliud sunt, quam Historia de rebus, à Deo creatis: de earum materia, forma, fine, effectu &c. Sic, ut recte Plinius amplissimum illud variumq; opus suum de Natura: Historiam Naturalem inscripserit. Unde haud difficulter intelligitur, quæ sit Materia Histor. nimirū Res omnes singulares, hominū cognitione & memoria dignæ, siue ex sīt extrā hominis potestate: ut Res diuinæ seu Cœlestes atq; Aeternæ, diuinitū reuelata nobis: aut ex inductione singularium rerum perceptæ, quæ Historia Metaphysica dici potest. quo nomine sub Historia comprehenduntur omnes ferè artes & disciplina, in primis sublimiores: ut SS. Theologia seu doctrina de Deo, quæ nulliunde hausta est, quam ex Historia Mosis, Prophetarum, CHRISTI & Apostolorum. Iurisprudentia, quæ maxima sīt parte ex Historia veterum Regnorum, Rerum publicarum, earumque consuetudinibus, Statutis, legibus Senatuscōss. Praetorum Edictis, Prudentum responsis, Principum &c. Constitutionibus collecta est. Medicina, quæ ex Historia & Experientia veterum Medicamentorum, & ex natura omnium rerum generatarum atque Animalium cunctorum conflata est.

Siue

Siue sint in hominis potestate sitæ, & ratione Ingenij ac contemplationis Theoricæ dicuntur: ratione operationis manuum Mechanicæ: ratione voluntatis, Affectuum & motuum animi, Ethicæ: ratione deniq; obiectorū Politicæ siue Practicæ. nam circa has omnes res versatur Historia, nec illa earum est, quæ ratione originis suæ, ab huius amplitudine sese possit eximere. Sed tamen nōglos ac propriè, si consideremus Materiam Historie, sunt ei obiectæ, vel præcipue, Actiones humanæ, quæ iterum presupponunt hæc duo, Personas, quæ agunt: & Res, quæ aguntur gerunturq;. Historicus igitur considerabit in Materia ad tractandum sibi proposita, cum primis hæc duo, Personas & Res, easq; vel per se, vel ratione quarundam circumstantiarū. Per se, omnes Personæ, Res & Actiones humanæ: aut sunt Religiosæ seu Ecclesiasticæ, aut sunt Profanæ: & haec iterum vel Politicæ, vel Oeconomicæ. Respectu circumstantiarū iterū multiplicia sunt hæc capita. Considerantur enim in his tempora, quantitas siue numerus: qualitas, & alia accidentia. In his omnibus ergo perpendet Histor. Stud. an velit tractare Historiam totius temporis, à Principio usq; ad finem: an verò ad dies, menses, annos dunt taxat paucos: ad aliquot Olympiades, Decades, aut Centurias? Item an velit totius Mundi Historiam cognoscere vel exprimeret: an verò certi alicuius Populi, Regni, Principis, Ciuitatis, Magnatis incrementum, statum aut interitum sibi proponere? Item an obiter tantum velit notare Actiones & gesta horum vel illorum: an verò etiam occasiones, consilia, causas, dicta, euenta, & si quæ eius generis sunt alia? Vbi tamen obseruandum: quod Materia Historiæ, debet talis suscipi, quæ tractatione & cognitione memoriaq; posteritatis digna sit. Quis enim aniles illas fabulas, Amadisi, Octauiani, Melusinæ: aut Aethiopica Heliodori, Academicæ Pantagruelis & similia nomine Historiæ digna censeat? Illustria igitur sumenda sunt in manus Historico, utilia, necessaria, singularia: unde vel Præcepto vel Exemplō salutari, vi-

Propria & in specie que Materia Histor.

Et que Historico digna.

PROLEGOMENON

ta hominis in omnem euentum possit instrui.

Forma Historiæ.
nihil est aliud, quām ipsarum rerum scri-

ptarum aut scribendarum Conceptio interna:

Virtutes eius.

Externa.

Virtutes eius.

Finis.
Generalis.
Specialis.

& externa eiusdem Declaratio, siue ea fit viua voce, siue scripto. Interna conceptio, debet respondere ipsi rei gestæ, vel secundum Essentiam suam & in genere, vel secundum Partes & Accidentia: ut constet, quid, quo anno, per quos gestum sit aliquid? quemadmodum in Chronicis, Annalibus & Diarijs fieri solet: item quomodo & quo fine? - ut in Historia perfectiori videre licet: omnia tamen hac secundum legem V E R I T A T I S, & Perfectionis in suo genere, quæ duæ primæ esse debent, virtutes in Historia. Externa Declaratio, siue ea fiat scripto, siue voce viua, debet esse boni Ordinis, non solum respectu Temporis, prout illud in uicem, & in eo res gestæ sibi successerunt: sed etiam aliarum circumstantiarum: puta consiliorum, factorum, dictorum, euentuum: pro ut illa in animo Hominis, in Corpore & in Fortunis eius deprehenduntur: que Tertia virtus est Historiæ, Ordo scilicet & Collocatio: tum denique respectu Verborum & Sententiarum: ut omnia sint propria, perspicua, elegantia, & ornata: absque omni tamen suspitione simultatis aut gratia, siue illud fiat dictione ligata & Poëtica, siue soluta & Oratoria: quæ quarta & quinta virtus est Historiæ.

Finis Historiarum generalis hic est: ut omnium rerum vi geat & conseruetur memoria, quem commendat Herodot lib. 1. ut suprà dictum, & Cic. lib. 2. de Orat. Alter Specialis & proprius Historiarum: ut è singularibus Exemplis constituantur Praecepta ad vitam rectè gubernandam necessaria: eaque exemplis denuò illustrentur, ad communem vitæ humanæ usum cognoscendum, quem finem præcipue commendat Liuius, dum ait: Hoc præcipue in cognitione rerum salutare ac frugiferū: omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: unde tibi tuæque Reipub. quod imiteris, capias: unde fædum incep-
tu, fæ-

ptu, fædum exitu, quod vites &c. Idem quoq; Diodorus Siculus in Proæmio Bibliothecæ suæ: Polybius, Agathias, & alij Historici inscribenda legendaq; Historia admonent. Hinc apparet, quod ratione Finis, Historia sit duplex, una Theorica, cuius finis est cognitio veri, siue earum rerum contemplatio, que Historicorum monumentis sunt traditæ, siue illa in genere sint totius Orbis, siue in specie singulorum Populorum, Regnum, Ciuitatum, siue denique Individuorum, h. e. huius aut illius Personæ vel hominis: puta Cyri, Alexandri, Cæsaris, Ciceronis &c. Altera Præctica cuius finis est Possessio alicuius boni, h. e. salutis Praecepti siue Regulæ obseruatio & eiusdem confirmatio per singularia Exempla confecta, quæ pars omnium est utilissima in vita humana, & moribus hominum actionibusq; cunctis formandis accommodatissima.

Effecta Historia sunt præcipue: Utiles tam publica quam priuata. Publica cernitur in eo, quod ex Historia licet cognoscere omnia, quæ sparsim per totum Mundum à primo principio, usque ad hæc ultima diuinæ patientiæ tempora gesta sunt: quæ conservatio memoriae in genere prodest omnibus hominibus, cuius concung, sexus vel etatis: & causa est conservationis Regnum, Ciuitatum, Societatum, quæ instituuntur & gubernantur ad normam & exempla eorum, qui antè nos vixerunt. Priuata est: quod recta consideratio memoriae & antiquitatis egregiè valet, ad formandum cuiusque iudicium in omnibus casibus & actionibus humanis: unde postmodum emergit felicitas singulorum hominum, qui effectus longè est præstantissimus. Deinde etiam hoc confert Historiarum cognitio: quod non solum præconium laudis tribuit virtuti: quemadmodum contrà vituperium malitiae & improbitati, vincentibus adhuc: sed quod homines etiā post obitum claros reddit, aeternamque rebus gestis memoriam conciliat, & eandem conseruat. Insuper prodest Historia, ad omnem cultum & facultatem Orationis, & singulis artibus atque disciplinis

Theoria.

Praxis.

Effecta Historiarum.
Utiles publi-
ca.

Priuata.

Adiumenta in
omnibus arti-
bus & dis-
plinis.

Testimonia sa-
pientissimorum
hominum.

Exempla pre-
stantissimorum
Principum.

plinis aliquid adiumenti largitur, Hinc enim Logicus, Rhetor, Mathematicus, Physicus, Ethicus, Politicus, antiquitatis & a liarum disciplinarum Studiosi, quisque haurire potest, ex quo ar tem suam illustret ac pleniorē faciat. Quibus etiā de causis sapientissimi & fortissimi quig, Heroes, Reges, Principes, Oratores, & Philosophi, non solum ipsi legerunt Historias libenter & diligenter: sed earundem Lēctionē etiam alijs studiosè cōmendarunt: ut Thucydides lib. i. belli Peloponnesiaci: qui Historiam vocat ηῆμας ἀεισουγκέμενον, καὶ παλὸν τὰς ἀρχεωπίνας βίς παλέπλεον, Thesaurum perpetuum Exemplorum, ad omnia Munditempora congruentem: & speculum humanae vite. M. T. Cicero appellauit eam Testem temporum, Lucem veritatis, Vitam memoriae, Magistrum vite, Nunciam vetustatis. Gregor. Nazianzenus vocat συμφέρτην Σοφίαν, πολλῶν τε καὶ τάντων νόον: accumulatam sapientiam, multorum atq; omnium animum. Polybius lib. i. celebrat eam, tanquam ἐπιμελάτην διόρθωσιν, η ἀληθεοτάτην παιδείαν, i.e. paratiissimam correctionem, & verissimam disciplinam in omni vita, quæ sola docet optima facere & pessima fugere, ut ait Lucianus. Ex quo etiam Dionyl. Halicarnass. δε χὴν φρεγήσεως γένος Principium, i. e. prudentia & sapientia Historiam cognominauit. Hisce enim fructibus viribusque si careret Historia: nunquam Græciatanti fecisset libros Herodoti, ut eos in ludis Olympicis, quinto quoque anno prælegeret atque repeteret: nunquam Demosthenes Thucydidem octies manu sua descripsisset: nunquam Alexander Magnus Homerum belli Troiani scriptorem in sinu per Orbem terrarum circumgestasset, atque Oraculi instar consuluisse: nunquam Cornel. Scipio Africanus Xenophontis libros, maximè Cyriopædian, indiuiduum comitem in maximis expeditionibus sibi adiunxit: nunquā Demetrius Phalereus, Alphonsus Arragonū R. Carolus V. & alij præstantissimi Principes Historicos tam Græcos, quam Romanos viuis consiliarijs suis prætulissent,

tulissent, qui vel spe lucri, vel metu pœnae nec volunt nec audent quandoque Dominis suis præcipere atque suadere utilia & necessaria: sed hac de re alibi copiosius differemus.

Quod attinet Caulas adiuuantes Historiæ, siue presidia & adminicula, quibus illa & facilius percipitur & felicius retinetur, & commodiùs ad usum transfertur: sunt ea partim generalia & communia: partim specialia & propria. Communia huic Facultati cum cognitione totius Philosophia, & superiorum scientiarum: puta SS. Theologiae, Iurisprudentiae, Medicinæ, sunt linguarum Principalium, Hebreæ, Græcae & Latinae cognitio: memoria firma & fidelis: iudicium rectum & acre: Prognosis artium liberalium, Rhetoricæ, Logicæ, Mathematicæ, Physicæ, Ethicæ, & breuiter omnis liberalis Institutio, in quo-cunque genere honestarum disciplinarum. Propria verò & specialia adiumenta in Historijs sunt etiam Exoticarum (quas vocant) Linguarum perceptio: Germanicæ nimirum, Gallicæ, Italicae & Hispanicæ: in quibus multi præstantes Scriptores Historici huc usque prodierunt, & non sine multa elegancia, & iu-cunditate singulari in ipsisdem leguntur. Sic præter Artes suprà commemoratas, & earum qualemcunque περιγραφων Historiarum Studiosus commendatam sibi singulariter habebit Politica & Oeconomica, Philologiam, Poësin, & totius antiquitatis studium: præcipue autem cognitionem Topographiæ & Chronologiæ: Pingendi quoque & Sculpendi mediocrem exercitationem. Hisce enim adminiculis instructus, facilimè is vita-bit scopulos illos, qui passim in immenso rerum gestarum, Personarum, Locorum, & aliarum circumstantiarum Historicarum, Pelago nauigantibus, occurrunt: atque in tutum Lectionis Portum tandem deueniet. His etiam adiunget Locos communes Rerum & Personarum: Regularum & Exemplorum: maximè in rebus Humanis atque Politicis. Hæc enim suppeditabunt ingentem copiam, Consiliorum, Factorum, Dictorumq; circa qua-

Causæ adiuuantes Histor.

Communes.

Ingenium.

Prognosis Lin-guarum & Ar-tuum.

Proprie.

Cognitio exoti-carum etiam Linguarum.

Et certarum Disciplinarum.

Etiam Pictoria & Sculptoria.

Horum omni-um r̄sus.
Locū communēs.

PROLEGOMENON DE HISTÓRIA.

potissimum versatur Historiarum Studiosus: ut ex ijs benè sensiendi, benè dicendi ac benè agendi Virtutes sibi comparet. Quoniam verò de his capitibus singulis, fusiū egerunt ij, qui ex professō de recte legenda scribendaq; Historia tractarunt: maximè Bodinus in Methodo sua: & nos etiam alio loco, de ijsdem Studiosos adolescentes admonuimus: superuacuum fortè fuerit, ijs explicandis hoc loco immorari diutius.

Infrā in Admonitione nostra.

Diuīsio Histōria.

Diuīna.

Naturalis.

Et hæc duplex generalis & specialis.

Mundi una, altera Hominiū.

Opera Hominiū
Interiora et
Exteriora.

Altera Diuīsio
Histōria.
Vniuersalit.

Particularis.

Synopsis veteris-
que nostra.

Restat, ut de Histōriæ Diuīsione, eiusq; partibus paucula quædam subiungamus. Est verò Historia accuratori ac subtiliori modo diuidendi, in vniuersum Duplex: Diuīna de Deo seu rebus diuinis: & Naturalis, de omnibus rebus creatis earumq; viribus & actionibus. Naturalis iterum duplex: Generalis siue de toto ac Maiore Mundo, quam sigillatim tractat Cosmographia: & Specialis de Homine siue minore Mundo, de qua agit Historia sic proprie dicta: eaq; considerat Hominis opera vel Interiora: ut animi Conceptus circa Religionem, Artes & disciplinas: vel Exteriora: ut mores, instituta, leges, Actiones, dicta, facta: eaq; aut vnius hominis excellentis, aut plurium. Sed populari aut crassiori modo, diuiditur Historia humana in Vniuersalem & Particularem. Vniuersalis commemorat res vniuersas, tam Ecclesiæ, quam Politiae, earumq; initia, constitutiones, incrementa, gubernationes, conueriones & mutationes explicat. Particularis eadem vel in unico excellenti principe, vel in pluribus hominibus, populis, ciuitatibusq; præstat specialiter: idq; secundum annos durationis cuiusq;: vel secundum certa quædam temporum spacia, quibus Scriptor vixit, aut quibus comprehendere Historiam illam particulariter voluit.

Vetusque Histōriæ cum antè aliquot annos oīvōψιν ὡμηρονιαν qualēcunq; loco specimenis dederimus in prælectionibus nostris Historicis: Primum compendiosè recitando, res vniuersalis Histōriæ, quam etiam huic Syngrammati inserimus: deinde particulariter. Historiam ROMANAM ab exordio suo, ad usq; præsentia tempora deducendo cuius editionem quoq; maturamus, ea proper Studiosum Historiarum ad illa remittimus: si modò Lectioне digna nostra hæc qualiacunq; Principia, iudicabit. Sed iam ad alia Protheorica accedamus.

D I S S E R -

DISSERTATIVNCVLA
De
HISTORIARUM
COGNITIONIS PRÆ-
STANTIA.

PHILIPPI GLASERI J. U.
DOCT. ET HISTORIARVM PRO-
FESSORIS IN ACADEMIA
Argentinensi.



V& SVNT RES, *Illustres & Generosi
Domini, Nobilitate, virtute, doctrina, hu-
manitate ornatisim⁹ Auditores, ac Studio
si Historiarū optatissimi: Duæ (inquam)
res sunt, quæ hominis vitam, quoad
ciuilem hanc conuersationē attinet,
partim informant reguntque, partim
ad finem suum (qui est Benè beatéq; hoc in Mundo vi-
uere) perducunt: P R A E C E P T A nimirum, & EXEMPLA.
Absque his enim mens humana per se rudis, imbecillis,
lubrica, erroribusque, ceu tenebris quibusdam, immer-
sa, nec attollere se aut circumferre contemplando, quid
rectum, quid prauum: quid turpe, quid honestum: nec in
agendo, quid sequendum vel fugiendum sit, cernere po-
test: multò minus ad optatam illam F L I C I T A T I S me-
tam pertingere. Quemadmodum igitur Artes illæ atq;
scientiæ, quæ vniuersalia vitæ humanæ Præcepta tradūt,
meritò cognoscendæ sunt atq; colendæ: ita & hæ Disci-
plinæ, quæ Rerum Actionumq; humanarum persequun-*

A 2

*Finishum-
næ vitæ in hoc
Mundo.*

BEATITV-
DO Civilis.
Eiusconsectan-
de modi duo,
PRÆCEPTA
& EXEMPLA

PRAECEPTA
ex disciplinis
Ethicis ac Poli-
ticis haurienda.

tur Exempla, non minus magni ab omnibus faciendæ atque amandæ sunt. Priors MORVM appellamus Philosophiam siue Doctrinam, cuius ambitu Politica quoque & Oeconomica comprehenduntur. Hæ enim disciplinæ generalem nobis Regulam viuendi præscribunt, & docent quid domi, quid fortis, quid priuatim, quid publicè deceat vel dedeceat. Hæ nobis explicant, quæ cuiusq; origo sit virtutis, quæ proprietates, differentiæ, formæ, qui fines, & quæ contraria: denique quibus rebus fugiendis, quibusque consectetur, Ciuilem in hac vita beatitatem consequi possimus, ostendunt. Postiores HISTORIAM nuncupamus, hoc est, facultatem illam, quæ nobis vniuersalium istorum Præceptorum, in singulis hominibus particularia EXEMPLA commonstrat, & indicat, quæ & qualia ab Hominis voluntate, electione, naturaque in Actionibus externis proficiisci valeant, & quæ eidem aliunde ratione loci, temporis, rerum gerendarum, vel aliarum (vti appellant) circumstantiarum accidere soleant: & vt singula hæc ad usus semper præsentes idem accommodare debeat. Quæ duplia istarum Disciplinarum munia officiaque, eleganter easdem distinguunt in Theoreticas & Practicas: quod propterea, vt illæ in contemplando præcipiendoque Hominis officio, consistunt: ita hæc in agendo faciendoque totæ sunt, ac vt ipsa re speratam in hac vita Felicitatem consequi possimus, efficiunt.

Eo fine, ut Homo non tantum.
contempletur:
sed etiam agat.
ea, que per finem suum, FELICITATEM
s. consequatur.

Et quia Practica Philosopha, siue HISTORIA vita gubernanda anterior est: de eius præstantia & dignitate apud

Ex Practicis ergò disciplinis, cùm haud quaquam postrema sit ea, quam vulgò nominamus HISTORIAM eiusque cognitio, vestræ, Auditores optimi, & ætati & viæ conditioni sit aptissima: visum est mihi pro hoc tempore, de dignitate & præstantia eius, aliquid apud vos disserere, non quidem pro Argumenti dignitate: sed pro tenuita-

Exempla ex
Historijs.

tenuitate ingenij & doctrinæ nostræ : idque ex officij ratione, atq; eo fine: vt, Vobis, summa iam alacritate in harum rerum perceptione versantibus, calcar quodammodo addam: & simul meam in Vos, ob egregias animi, corporis & fortunarum vestrarum dores, faciam testamat obseruantiam: studium quoque iuuandi honestissimos conatus vestros ac cæterorum Studiosorum publicè declarem. Quod dum facio, Vos oro atque obtestor, quae est animi submissione, amanter & officiosè: vt benignas mihi aures præbere: fronteque serena & pectore candido, quæ prolatus sum, accipere, atque reponere in ysus vestros, ne dedignemini.

V E R E O R autem initio, *Audite ornatissimi*: ne quis illud mihi sermone tritum obijciat Proverbiū: *VI. NO Bono non est opus hædera.* Quis enim est, qui *HISTO-
RIA* & præstantiam ignoret? cum palam sit, ex ea saluberrima Præcepta, & Exempla utilissima, in omnes vitæ humanæ partes, ceu aquas dulcissimas, ex jugi fonte pro manare. Quis dignitatem nelciat? cum tot reges atque principes: tot belli Duces: tot Rerum publicarum gubernatores, imò optimum quenque, & olim delectatum fuisse, & hodieque lectione Historiarum plurimum, iuvari & affici, constet. Non equidem negare possum, Historicam facultatem esse, veluti speculam quandam, loco tam excelsa positam: ut splendor eius, dignitas, utilitas, necessitas, voluptas neminem mortalium, ne quidē ipsum contemptorem sui, latere possit. Veruntamen, ut viro prudenti, & rerum utilium cupido, si quando inter peregrinandum editissimum locum, arcem vel montem aliquem concendit, non satis est, subiectas Regiones & Ciuitates, earumque situs oculis cernere: flumina, val-

Studioſos adoleſcentes non incommodè diſſeritur.

*DIGNITAS
& præstantia
Historie nota
quidem est
omnibus.*

les, campos, ædificia, muros contemplari: mores item, ingenia & consuetudines incolarum cognoscere: sed potius id agit, ut ex his omnibus normam sibi virtutis, sapientiae & honestatis, idem ille conficiat, qua suas suorumque res & actiones metiatur, regat, communemque ad vsum omnia transferat: ita in Historiarum hac specula versantibus, haudquaquam sufficere debet, illius præstantiam nouisse, vel etiam admirari: eò quod longè latèque ex illa prospicere licet, quæ vniuerso in Theatro Mundi, ab initio inde creationis rerum omnium acta gesta fuerunt: qui non parvus Historiarum fructus est: Verum hoc demum est præstantiam Historię recte intelligere: nimurum discere ac scire, quid turpe, quid honestum: quid salutare, quid noxiū: quid sequendum, quid fugiendum sit? quis verus veri DEI cultus? quæ optima Respublica? quæ beata vita? quid deceat domi, quid foris? quid nobis, quid alijs expediāt? At enim quam multi reperiuntur, qui in pulcherrimis Historiarū monumentis, tantum voluptatis ac delectationis causa versantur: dum gloria aliorum nomina, factaque stupenda legunt atq; audiunt attoniti: dum noua, mira, sibi incognita cupidè ex ijs hauriunt: dum fabulosa aniliaq; figmenta aut ociosorum ingeniorum lusus in historijs querunt: de studio interim sapientiae: de virtutis æmulatione: de vitiorum abstinentia, parum solliciti: plebeij & abiecti ingenij homines, ad colloquendum magis de rebus, quam ad agendum parati. Hæc causa est igitur: quamobrem penitus Historię præstantiam introspicere, eiusque naturam & vim paulò altius considerare necesse sit: ne (quod Apicijs nonnullis & delicatulis, dubijs in cœnis accidere solet) ea potius arripiamus, quæ gulæ sapiunt, quam quæ sanitati conducunt. Vnde vero hanc Historię præstantiam

At non ab omnibus recte percipitur, eiusque verus usus ad discitur.

*Diversi enim diversa que-
runt in His-
torijs.*

*Vt delicati in
cibis.*

tiam ordiemur potissimum? quibus è fundementis eru-
tam, vobis ob oculos ponemus Auditores? Certè non
aliunde, quām ex vētustate eius: ex amplitudine: ex ne-
cessitate: ex vtilitate: ex voluptate. quæ enim facultas
hæc cuncta in se complectitur, eam necesse est & præ-
stantissimam omnium haberi, & Homine cæterorum a-
nimantium omnium præcipuo, longè dignissimam iudi-
cari. Talem autem Historiam esse: cùm omnes omnium
sæculorum grauissimi sapientissimiq; Scriptores Græci
& Latini suis confirmarunt præconijs: tūm ipsa per se
Res, quasi viua voce iam pridem per orbem terrarum e-
missa, multis ab hinc sæculis luculentissimè cōprobauit.

Vt enim singula paucis percurram, & primò quidem
Antiquitatem Historiæ: quid quæsò antiquius dicemus
esse in rerum vniuersitate primorum patrum Traditio-
nibus: qui res gestas inde à condito Mundo, suæque æ-
tatis, per multa retrò sæcula Filiis nepotibusque suis pri-
mùm viua voce tradiderunt: pōst etiam scriptis ad om-
nem vsque posteritatem transmiserunt? quæ D E V M
ipsum primum autorem suasoremque habent: cuius in-
stinctu scriptæ atque propagatæ fuerunt per Mosen, per
Prophetas aliosq; sanctos homines. Traditiones sanè nisi
essent: nihil de origine Mundi & generis humani: nihil
de institutione coniugij: de origine possessionis ac Do-
minij, nobis constaret: nihil de lapsu primorum paren-
tum sciretur: nihil de promissione Seruatoris C H R I-
S T I: de parricidio Caini: de gentium origine ac migra-
tione: de serie annorum vsque ad Diluvium: de raptu
Enochi viui in cœlum: de ipso denique Diluvio nihil ad
nostram memoriam peruenisset. Similiter obliuione es-
sent oblitteratæ memorables Historiæ de Sodomis &
Gomorrhis

*At qui Historiæ
retuistatem,
amplitudinem,
necessitatem,
vtilitatem, vo-
luptatemq; con-
siderat,*

*Is Historiæ præ-
stantiam ritè
estimat.*

*ANTIQUITAS
Historiæ patet
ex Traditioni-
bus patrum.*

*Scriptis Mose
& Propheta-
rum.*

*Vetusissimis
Historijs Gen-
tilium, rebusq;
ante multa se-
cula gestis.*

*Perpetua tem-
porum continua-
tione, que in
Historijs repe-
ritur.*

*Ex Testimonij
laudatiss. viro-
rum.
Herodoti.*

Xenophontis.

Ciceronis.

Gomorrhis cælitus deletis: de Turri Babylonica: de genitum & linguarū diuisione: de primæ Chaldæorum Monarchiæ seu summi Imperij constitutione, adeoq; iactura Historiæ Trium millium, quadringentorū triginta quatuor annorum, à condito Mundo, vsq; ad Monarchiam Persicam eaque insignis facta fuisset. Quod de sacra Historia modò dictum est: idem & de gentium profanis monumentis accipiendum opinor: si cum rebus ijs conferantur, quarum memoriam antiquitate sua complexa sunt: & ad nostra vsq; tempora propagarunt. Id quod ex ordine rerum gestarum à prima inde Monarchia, vsque in præsentem annū haud difficile esset docere: adductis Autoribus cùm vniuersalis, tūm particularis Historiæ: nisi prolixius foret, quam nostri instituti ratio patitur. Breuiter, constat Historiam se ipsam antiquitate quasi antecedere, & cum tempus comprehendat omnia, hanc solam cum tempore cœpisse, & cum tempore vicituram perpetuò. Quam ergò venerationem omnibus alijs rebus antiquis, propter autoritatem atq; præstantiam debemus: candem meritò quoque Historiæ præstare tenemur: utpote primæ Nunciæ omnis vetustatis, à qua summorum bonorum initia ad nos vsque defluxerunt. Hinc opinor Herodotum, antiquissimum Scriptorem, statim initio Historiæ suæ fateri: eo consilio à se scriptam illam: ὡς μὴ τὰ γερόμενα, εἰς ἀνθεώπων τῷ χρόνῳ εἰξήτηλα γένη ταῦ: ne in Mundo qua gesta sunt, ex hominum memoria, cum tempore exolescant. Et Xenophon, Apis illa Attica, eandem ob causam Historiam nominat, Αρίστης διδασκαλίας τῶν περιγεγρημένων: optimam præteritarum rerum disciplinam. Omnim verò elegantissimè grauiissimeque Cicero, Romanæ pater eloquentiæ: Historiam testem temporum: memoriam vitæ: nunciam vetustatis nominat in celeberrimo illo

mo illo Elogio suo, quod extat de Oratore secundo. Et reuerà si nulla esset alia causa: vel ob hanc solam vetustatem, Historiæ à nobis legendæ & cognoscendæ essent: si quidem hominis propria est eius cognitio, & rerum præteritarum memoria: qua præcipue à reliquis animantibus differt, quæ præsentia tantùm curant: præteriorum verò recordationem, aut futurorum præfensionem vel nullam habent vel exiguum. Vnde idem Cicero venustè loco suprà allegato ait: *Nescire, quid antequam natus sis, acciderit: id est, semper esse puerum.* nec immerirò Sacerdos ille Ægyptius (vt est apud Platonem in Timæo) Solonem & quosdam alios Græcos, non sapientes sed pueros appellauit: eò quòd nullam vetustatis haberent scientiam. Quare, si senes magno in honore habemus: quòd (vt ait Quintilianus) *plura quam alij nosse ac vidisse credantur:* adeoque immortaliatem ipsam expetimus omnes: quòd ad intelligenda cernendaque plurima profuturam nobis eam nihil dubitamus: quid nî ergò Historiam omnis vitæ Memoriam, omnis vetustatis Nunciam, quæ hæc omnia, & melius & facilius efficere potest, quam cuiusvis hominis ætas aut experientia, longè faceremus maximi.

Sed transeo ad amplitudinem Historiæ, quæ profectò tanta est, *Auditores:* vt quomodo tam humilis & angustæ orationis finibus eam concludere possim, sanè non videamus: adumbrare tamen conabor aliquo modo: vt ex ea quoque, quanti hæc facienda sit facultas, vos qui ingenio & doctrina abundatis, latius prospicere possitis. **P H I L O S O P H I A M** veteres dixerunt, *diuinarum & humana- rum rerum causarumq;*, quibus hacontinentur, scientiam. Rectè quidem: videamus autem an non illa ipsa Definitio, Historiæ verius tribui possit, eiusq; amplitudinem me-

*Est etiam per se
præteriorum
cognitio Homi-
ne dignissima*

*Et veneranda
omnis antiqui-
tas.*

*A M P L I T U-
D O Historiæ
apparet ex*

*Collatione eius
cū Philosophia
& multitudine
ac magnitudi-
ne rerum, quas
complectitur.*

liùs demonstret? Omnes res, quæcunq; sunt, vel in hominis potestate consistunt: vel suprà aut extrà eam sunt positæ. Supra hominem sunt res æternæ atq; diuinæ: D E I, & quæ ad D E I essentiam, voluntatem, operaq; spectant: ut cultus atq; Religio, miracula, vaticinia, & similia. Hæc, vnde cognoscet Homo? certè non ex principijs naturæ insitis, languidis vtique & obscuris, imò his repugnantiibus: sed ex Historia: & quidem Ecclesiastica, quæ totius Religionis sacræ fontes continet, eiusque Thesauros nobis recludit amplissimos. Hæc est, quæ nos de vero D E O conditore rerum omnium, æterno Patre, Filio & Spiritu sancto certiores reddit: Hæc de essentia eiusdem & voluntate erga nos: de creatione primorum hominum ad imaginem D E I: de prima causa peccati, & hinc calamitatum, mortisque hominum nos instituit: Hæc erudit de C H R I S T O Redemptore promisso: de peccatorum remissione & reconciliatione cum D E O: de gubernatione Spiritus sancti, de vera consolatione in ærumnis atq; calamitatibus: de una Ecclesia D E I in terris, eiusq; statu inde ab origine Mundi: de Immortalitate & resurrectione animi corporisque nostri: de vita & gloria sempiterna. Tantas res, tamque ineffabiles Historia nobis, (quatenus quidem in hac vita opus est) suppeditat, sacris comprehensas voluminibus, monumentisq; scriptorum Ecclesiæ. Ut interim taceam gentium origines & migrationes: seriem quatuor Monarchiarum carumque mutationes: Exemplairæ & misericordiæ D E I: Vaticinia illustria: Miracula stupenda: Ecclesiæ fata: Synodorum acta: plurima alia: sine quibus sacrosancta Theologia, Fidesq; nostrain C H R I S T U M Seruatorem nequit constere: ut beatus Hieronymus in præfatione Bibliorum innuit: Eusebius verò, Epiphanius, Theodoreus & alij

Scriptores

Veres diuinæ

De Scriptis &
Historijs Eccle-
siasticis com-
prehensiones.

Summa rerum
diuinorum ca-
pita.

Et quæ his con-
barent.

Scriptores Ecclesiastici pluribus in scriptis suis demonstrant. Eodem modo extrà hominis potestatem sunt res *Naturales*, earumq; principia & affectiones, internæ vel externæ: Corpora item vel simplicia vel concreta: eorundem facultates, causæ, partes, differentiæ, formæ, operationes & cætera. At horum omnium cognitio vnde profluit? nunquid ex fonte Historiarū? Certè ob id summus Aristoteles, pulcherrimos libros x. de Historia Animalium inscripsit: Theophrastus suos de plantis eodem dignatus est nomine: Plinius immenso isti Operi, quo vniuersam rerum Naturam complexus est, Historiæ naturalis titulum indidit: quos secuti sunt multi alij Physici & Medici longè præstantissimi, qui hunc Historiæ honorem, sese debere, doctissimis suis monumentis, animo grato, testati sunt.

Iam verò conuersi ad eas res, quæ verè sunt *avθρώπιναι* & in hominis partim ingenio, partim voluntate, actione, que conquiescunt: quid harum est, quod non Historia in se comprehendat? Enim uero, quoad moralem Philosophiam, cuius initio orationis nostræ meminimus: siue Theorian eius spectemus, & præcepta vniuersalia morū, legislationis, Iurisprudentiæ: siue Praxin & actiones hominū, probas vel improbas, turpes vel honestas consideremus: quid habet illa, quod non Historiæ debeat in vniuersum? Propria hæc est, propria (inquam) Historiæ, sine qua nihil, nisi ociosa contemplatio, & inanis de virtutibus officijsq; disceptatio, hæc est Philosophia moralis: cuius vires fructusq; inter homines nulli sentiantur. At Historia animam atque vitam ei suppeditat: ostendens viuis Exemplis, quomodo virtutes acquirendæ, fouendæ, augendæ: vitia è contrâ fugienda domandaq; sint? quid deceat cùm in communi societate hominum atque

Vt res Naturales.

Testibus etiam summis Philosophis:
Aristotele
Theophrasto
Plinio.

Vt Humanas propriæ.

Moralem Philosophiam, siue Theoriam:
sive Practicam.

Testibus experientiis

*Thucydide
Historico.*

Sureconsultis

*Imperatoribus
ipsis
Nobilissimis a-
lijs Historicis :*

*ut alias dis-
plinas artesq;:*

*Mathemati-
cam:*

Republica: tūm priuatim & domi cuiusque? quid D E O, quid patriæ, quid parentibus, quid amicis, quid liberis, quid exteris, quando, quantum & quomodo tribuendū sit? Ita vt non immeritò grauissimus autor Thucydides Historiam dixerit: *καλὸν τῷ ἀνθρωπίῳ βίον καλόπερ: pulchrū vitæ humanae speculum*, in quo clarissimè, quid deceat, quid ve dedebeat, cernere possumus. Ex hac omnes Leges: omnia Plebiscita: Senatus consulta: Principum placita: Magistratum edicta: Responsa prudentum & quæcunque ad vitam gubernandā, tam publicè, quam priuatim pertinent, ceu largissimo fonte profluxerunt: vt eleganter ac eruditè Pomponius noster in nobili *lege 2. ff. de origine Iuris*: & sacratissimi Imperatores passim in *constitutio-
nibus suis* testantur. Ipsi quoque Historici: Diodorus Si-
culus principio Bibliothecæ suæ: Polybius libro primo Historiæ: Dionysius Halicarnasseus *Ἄρχαιοι οἰκουμενῶν* I. & cæteri bonæ notæ scriptores, publicis hoc idem demonstrant. Nam horū quidam, ob id Historiam ἀλη-
θινωτάτην παιδείαν ηγή γυμνασίαν πέσος τὰς πολιτικὰς πεάξεις: quidam δὲ χὴν Φρονήσεως ηγή σφίσις: quidā alijs nominibus politicæ prudentiæ morūq; disciplinæ eam insigniuerūt. Neq; verò (vt suprà dicere cœpi) σύνετον solummodò, h. e. sapientiam, vel saltem illam ciuilem prudentiam rectūq; iudiciū, de omnibus rebus, hæc nostra in se continet Hi-
storia: sed etiam subtilissimas alias utilissimasque discipli-
nas: vt *Mathematicam & Logicam*: in primis verò bene di-
cendi diuinam illam facultatem, quam Rheticam vo-
cant, ex se se producit. Nam primum, quò ad Mathematicas scientias attinet: siue eas secundum Quantitatem suam, siue secundum Qualitatem consideres, plerasque illas disciplinas, Geometriam, Stereometriam, Geodæ-
siam, Cosmographiam, Chorographiam, Astrologiā, A-
stronomiam

stronomiam, Arithmeticam, Musicam: totam denique Mathesin Mechanicam reperies, bona ex parte per Historias propagatam, ampliatam, atq; hūc usque conseruatam fuisse. quod plurimis rationibus & exemplis, optimum Mathematicorum, comprobarem: nisi iam antè hoc ipsum, luce, quod aiunt, meridiana esset clarior, & M. Vitruvius Pollio lib. I. de Architectura pluribus Exemplis euinceret. Quantum verò ad δύναμην ἐρμηνευποίην siue eloquentiam, & illi cognatas artes Logicas, attinet, quæ cum οὐρέσαι constituunt alterum regendæ vitæ ὕγιαν, & studiorum nostrorum finem præcipuum perficiunt, peccarem nè: si eam solius Historiæ opibus dataam, tam illustri nunc loco versari dicerem? minimè opinor. Quis enim Oratori suppeditat res & argumenta, quibus ad docendum, prôbandum, mouendum, persuadendum, conciliandum, delectandum vtitur? nonnè Historia? quis subministrat verborum copiam: Phrasium elegantiam: Orationis ornatum, lumina, figuræ, siue opus sit dicere domi apud suos: siue foris apud populum, in Senatu, apud milites, apud Reges atq; Principes? Historia. Quis stylum informat, si quid scribendum est de rebus diuinis, naturalibus, ciuilibus: siue quid ad declamandum aut imitandum alijs proponi debet? Historia. Arbitror hanc veram esse utriusque facultatis & quidem tantam cognitionem: vt quæ modò diximus, nemo negare possit: nisi qui clarissimorum Oratorum Græcorum & Latinorum, cùm veterum, tûm recentiorum convinci velit exemplis manifestissimis. Nihil sigillatim hîc dicam de simplici & perspicua oratione: nihil de breui atque neruosa: quarum illa Grammaticorum est: hæc Dialecticorum, utraque Eloquentiæ Ministra: cum du- biū nullum sit, quin hæ quoque omne suum incremen-

Testimonia M.
Vitruviij.

Logicam:

Oratoriam:

Grammati-
cam:
Dialecticam:

tum, omnes progressus, adeoque perfectionem suam ab Historia, eiusque Scriptoribus iam dudum acceperint. Cùm ergò tot res, tamque præstantes, quot quantasque modò commemorauit, Historia ambitu suo comprehendat, cæterisque facultatibus largissimè suppeditet: non modò in vniuersum omnibus: sed etiam particulatim singulis: quis est, qui Historiæ præstantiam ex hac amplitudine non intelligat: non admiretur: non omnium literis monumentisq; celebrandam putet? Possem hîc de Historia, propriè sic dicta, (quæ solas actiones hominum eorumque euentus considerat & explicat,) non iniucunda quædam & fortè etiam utilia in medium afferre: nimirum quot illa res contineat sacras, profanas, publicas, priuatas: quot quamq; varias actiones & consilia vel singularum hominum, vel plurium: quot res gestas omnium populorum vel saltem præcipuorum: quot discrimina temporum, locorum, personarum, euentuum mirabilium? quo item ordine, qua forma, quibus dicendi characteribus hæc omnia pertractet? sed metuo ne longius ab instituto recedam.

NECESSITAS
Historiæ
rum Cognitio-
nū liquet

Ex multiplici
eius usu

In hac vita fra-
gili & caduca.

Itaque ad Necessitatem Historiæ delabor, quæ quantitas sit, ex modò dictis liquidò cuiuis appareat. Si enim reuerà homo dicendus non est, qui Artibus illis, quas ex Historia promanare diximus, haud imbutus est: imò licet imbutus sit: tamen felix aut beatus esse nequit: nisi verum earū usum in Historijs & Exemplis aliorū inquirat: indeq; sibi, ex usu quod siet, eligat: profectò constat Historiam omnibus omnino hominibus necessariam: cùm vt nos de conditione nostra admoneat: tūm etiam, vt melioris vitæ adminicula suppeditet. Videmus, quanta mentis nostræ sit imbecillitas atq; caligo: & quod illa licet ab

cet ab æterno diuinoque Spiritu vtcunq; illuminetur: tam
en impura lapsus primorum parentum contagione in-
fecta: tot tamq; dissentientibus secum perturbationibus
distrahatur: vt sine ope diuina, nec erigere seipsam: nec
vllum Iustitiae munus executi: aut Naturæ quicquam cō-
gruenter agere possit. Vnde fit: vt quandiu his im-
pedimentis, & falsis Rerum imaginibus obruimur: nec iustū
ab iniusto: nec turpe ab honesto: nec vtile ab inutili: nec
verum à falso discernere: ideoque nec publicè alijs, nec
nobis priuatim rectè præesse possimus. Ad hanc ergò ca-
liginem discutiendam: atq; vt ex his fluctib; errorū va-
gas mentes nostras liberemus: opus est vtiq; cognitione
Historiæ: quæ nos de bonitate Dei: de Naturæ causis: de
cœlestium corporū viribus: de virtutibus: de officijs ea-
rumq; partibus singulis, commonefaciat: quæ horum o-
mnium exempla ob oculos ponat: vt quid quaque in re-
sequendum, quid fugiendum sit, veluti in tabula qua-
dam cernere, & ita non solùm nostræ: sed & aliorum vi-
tæ statum, alioquin ærumnosum, corrigere, & in melio-
rem transferre possimus: quod diligenter admittenti, se-
stantique haud erit difficile. Etenim humani casus sub-
inde sibi similes, velut in orbem redeunt: & vt hominum
Natura eadem manet, sic in rebus humanis eadem quo-
que occasionses, consilia, negotia corumque euentus,
tām in gubernatione Reipublicæ, quām cuiusque vitæ
priuatæ moderatione recurrent: adeò vt qui velit, facile
possit, præterita cū præsentibus comparare: futuros casus
prospicere: quidue sibi expediat, vel non: velut è penu-
liberalissima de promere. Quam ob causam verè Thucy-
dides Historiam vocavit, οἰμαίσταις οὐκεῖμενοι: Thesæs-
rum perpetuò id omnia Mundi tempora repositum: & Plutar-
chus, περὶ θεμάτων εὐθελίας, exemplum recti consilij can-
dem

In mentis no-
stra caligine-
discutienda

In consilijs &
actionibus re-
gendi

In posteritate
recte ser-
munda

In gloria priuata propagacione

In salutie communis conseruatione

Ex contrarijs
hoc apparet

In principum
rirorum &
Magistratum
conditione asse-
renda

dem nuncupat. Alcinous quoque apud Homerum Vlysseas θ. hæc & similia decantariait: ἵνα ησι καὶ έσωμένοισιν ἀοιδή h.e. ut apud posteros decantentur eadem. Neque verò solùm Historia ijs est necessaria, qui priuatim sibi rectè consule re cupiunt, & alijs eruditioñis laude, virtutis studio, dignitate, honoribus, diuitijsq; excellere: aut sui suorum quæ memoriam, quām maximè efficere diuturnam: aut Ius atque priuilegia sua obtinere, & ad posteros transmittere satagunt: sed his cum primis necessaria est, qui ad gubernacula Rerumpub. sedent, quibus Ciuitates, Dynastiæ, Principatus, Regna, Imperia, vniuersi denique populi à D e o commissi sunt. Quid enim prosunt diuitiæ? quid imagines? quid honores? quid potentia? quid doctrina? quid valetudo? quid alia bona? si ea nobis soli habeamus: si propinqui, si amici, si subditi, si ciues nostræ felicitatis ac fortunæ non sint participes? At quomodo id fiet: si animus Principis, aut Magistratus, veram Reipub. gubernandæ rationem non fideliter ex Historijs hauserit? Meritò igitur præ omnibus alijs hisce commendata debet esse Historiarum cognitio: non ad voluptatem, aut tempus frustra terendum: sed ad viuen dilegem & rectè imperandi normam atq; scientiam. Ut Principes non tam exempla querant factorum, dictorū, consiliorum, casuum diuersorum: vt non tam habeant multorum locorum, gentium atque nationum eorumq; morum & consuetudinum cognitionem: vt multiplices Regnum ac Rerumpub. Formas, earū initia, progressus & exitus cognoscant: denique, vt omnium temporū ac totius vitæ humanæ cursum atq; vicissitudinem contemplentur: quam, vt accurate notent, quid pulchrè, quid turpiter, actum dictumq; sit: vt alterum fugiant, alterum amplectantur: imò vt exratione temporum, locorum

corum, consiliorum, factorum atque euentuum discant, quomodo in ciuili vita rectè versari, subditisque benè præesse debant? Ita fiet, ut principes animis suis quan-dam veluti formam imprimant, ædificandi ciuitates: in-stituendorum ciuium: legum condendarum & abrogan-darum: dicendi iura: ducendi exercitus: conseruandi studia doctrinarum: maximè verò retinendi cultus di-uini: atque adeò totius Reipublicæ rectè formandæ gu-bernandæque, ad suam & suorum nunquam intermori-turam gloriam atque salutem. His dubio procul ratio-nibus permoti, præstantissimi quique reges, principes, Magistratusque, Historiarum cognitionem, omni tem-pore quam maximè sibi necessariam esse duxerunt. Ita Alexander ille Magnus sine Homero, id est, Troiani bel-li Historia, ne quidem somnum cœpit: Scipio Afri-ca-nus, Xenophontis Cyripædian de manu nunquam de-posuit: Demosthenes Thucydidem octies manu sua de-scripsit: Selimus Turcarum princeps Iulij Cæsar is com-mentarios, ut assidue legeret, in vernaculam linguam trans-ferri curauit: Carolus Quintus Cominxilectione, in grauissimis occupationibus pluriū delectatus fuit: Alphonsus Rex Arragonum Titi Liuij amore, etiam venenī ac morbi vim neglexit. Ita Ferdinandus His-paniæ Rex, à Q. Curtio valetudinem, quam à Medicis ha-bere non poterat, recuperauit. Idem infinitalij & optimi quidem Impp. Reges, Principesque fecerunt: siquidem reuerā nihil magis hominibus tam excelsō loco po-sitis dignum est, quam ex Historijs variarum nationum, populorum, ciuitatum, hominumque diuersorum, qui-bus illi veldominentur, vel hostes aut amici sint, notiti-am hautire, vñacum temporum præteriorum, rerumq; gestarum memoria. Hoc regendis populis accommo-

Ac ob id prin-ceps & quilibet bonus Magi-stratus penitus cognoscat Hi-storyas

Et imitetur o-ptimos quoque sui Ordinis pri-scos ex recen-tiores

Alexand. Ma-gnum:
Scipionem Af-ficanum &c.

Carol. V. Imp.

Alphonsum Re. Arragon.
Ferdinand. Re. Hispan.

datum est: hoc Rebus pub. formandis, legibus ferendis, consilijs capiendis, negotijs denique, tām priuatis, quām publicis, tām urbanis, quām bellicis ritē perficiendis longē est aptissimum & vulissimum.

V T I L I T A S
Historiarum
cognitionis.

Eam pulcherrī-
ma sententia
expresit Cicero
2. de Orator.
dum vocat
Historiam

Testem tempo-
rum, quæ co-
gnoscuntur

Ab initia
Mundi

Ex sacris li-
teris.

Iam pridem aures vestras defatigatas opinor, longiori, tām notā rei commendatione: sed eiusdem maiestas dignitasque cogunt me, *Auditores optimi*, vt & promissi ratio: paucula quādā de Historiæ Vtilitate & Delectatione superioribus subiungere: ne qua laudis parte, pulcherrimam hanc Facultatē defraudarē videar. Sed ne longius abeam: quid quidem de Historiæ vtilitate dici potest verius, grauius, elegantius, quām quod Cicero suprà citato loco, de eadem prodidit his verbis: *HISTORIA est Testis temporum: Lux veritatis: vita Memoria: Magistra vitae: Nuncia vetustatis: Egregia profectō laus, qua ma-
ior vix reperiri queat: at digna interim hac de qua agi-
mus Historica scientia. Primum enim quò ad testimonium temporum: quanti omnino intersit: vetustatis nouisse memoriam: temporum distinctiones inde vsq; ab origine Mundi habere cognitas: suprà in laude vetustatis Historiæ commemoratum est. At quod verissimè, id ipsum Historia præstet, ex multis vel unico exemplo demonstrarē licet. Initium Mundi scire cupimus, & quid præcipue aliquot saeculis post gestum sit: ecce in Pentateucho Mole, Historiam habemus bis mille, quadrin-
gentorum nonaginta trium annorum. Deinde ex libris Iosua & Iudicum usque ad sacerdotium Heli, Historiam annorum trecentorum decem & septem: in quæ tem-
pora Iudicum decantata illa Troiani belli calamitas, in-
cidit. Hinc Regum libri, Historiam annorum quingen-
torum quinquaginta quatuor subiungunt, usque ad Hierosoly-*

rosolymæ excidium & captiuitatem Babyloniam: à qua
vsque ad Cyri Persarum Regis Monarchiam, anni efflu-
xerunt septuaginta, quo tempore floruisse creduntur se-
ptem Græciæ sapientes, alijque docti homines: ita ut ex
iacris voluminibus, numeremus continuam seriem, à
condito Mundo, vsque ad Persicam Monarchiam an-
norum trium millium, quadringentorum, triginta qua-
tuor circiter. Ulterius quæ ratio Temporum fuerit, sci-
re desideramus: En, vbi sacra desinit Historia, continuò
incipit profana: Et primum quidem Herodotus, qui à
Gyge Lydorum Rege (quem cum Manasse Rege Iuda,
imperasse verisimile videtur) vsque ad Xerxis & Per-
sum ex Græcia fugam exhibet nobis Historiam ducen-
torum triginta annorum. Herodotum è vestigio sequi-
tur Thucydides: qui à Xerxis ex Græcia discessu, vsque
ad vigesimum primum annum diuturni istius belli Pe-
loponnesiaci, annorum septuaginta amplius comple-
xus est Historiam. Etsi enim bellum istud ultrà 28. an-
nos non durauit: tamen κάτ' ἐκβολήν τῆς λόγγης, (vt ipse lo-
quitur) rediens à proposito, intexit Historiam anno-
rum 50. qui inter Xerxis fugam (vbi Herodotus desi-
nit) & initium belli Peloponnesiaci interfuerunt. Hanc
postmodum continuat Xenophon, in suis περιχλειπομένων
libris, & exorsus à fine Thucydidis, circiter quadraginta
quatuor annorum bella inter Græciæ ciuitates gesta, vsq;
ad prælium Epaminondæ ad Mantineam, & annum
Mundi Termillesimum sexcentesimum commemorat.
Hunc excipit Diodorus Siculus, qui libro Decimo sexto
Philippi Macedonis, Alexandri Magni, & successorum
eius res gestas describit, ab anno Mundi termillesimo,
sexcentesimo quarto: vsque ad annum Mundi termil-
lesimum sexcentesimum, sexagesimum quartum: qui

*Per media se-
cula ex**Herodoto**Thucydide**Xenophonte**Diodoro Siculo*

Tito Liuius.

Vsq; ad natum
CHRISTVM
Seruatorem.

Tempora sc. an-
norum 3970.

Inde per vlti-
ma secula, ad
nostra hæc præ-
sentia Testimo-
nium temporis
annorum 1600.

Ex horum se-
culi scriptorum
momentis.

Historia suppe-
ditant alias.
quoque tempo-
rum distinc-
tiones, Epochas,
Olympiades,
Aeras, &c.

Lucem verita-
tis.

annus in decimum librum Titi Liuij incidit, qui Diodo-
rum recta sequitur: & quod reliquum est, contexit, vsq;
ad annum quartum antè natū **CHRISTVM**, qui Impe-
rij Augusti fuit trigesimus septimus: à condito Mundo
autem ter millesimus, nongentesimus, sexagesimus sex-
tus, à quo quadriennio pòst, natus est **CHRISTVS** Ser-
uator noster, Anno Mundi ter millesimo, nongentesi-
mo, septuagesimo. Pòst natum **CHRISTVM** vlique ad
hanc diem, elapsi sunt anni mille sexcenti: id quod liqui-
dò videre est ex ijs, qui Historiam Romanæ Monarchiæ,
vitas Cæsarum inde ab Augusto, aliarumq; gentium res
gestas vsq; ad nostra tempora deduxerunt: tām veteres,
quām recentiores: tām Historicī generales, quām speci-
ales: tām Ecclesiastici, quām etiam profani, quorum Ca-
talogi suis in locis habentur. Studiosè hīc prætero Epo-
chas Mathematicas & Historicas: Ecclesiasticas & Poli-
ticas: cum Iubilæis, Olympiadibus, & annis urbis Romæ
conditæ, Indictionum, Cæsarum, Imperij Germanici,
Hegiræ, alijsq; Aëris & similibus temporum obserua-
tibus, quæ nulli vnde, præterquām ex Historijs certius
haberi possunt, ijsque distingui. Quomodo ergò non ve-
rissimam hanc agnoscemus Ciceronis laudem, qua pri-
mam Historiæ utilitatem nobis commendat: quòd nimirum
Historia sit Testis Temporum. At idem porrò Histori-
am, *Lucem Veritatis* appellat: quid autem luce formosius,
quid amabilius, quid utilius? Videmus oculis captos, o-
mniū misericordia dignos haberi, quòd luce, quæ omnia
illustrantur, vegetantur, conseruantur, carere: & apud
inferos quasi, inque tenebris Cimmerijs versari assiduo
putantur. Quanta igitur hæc utilitas Historiæ? quod lu-
cem accedit in tenebris: quod eruit illa, quæ diu den-
sissimi ignorantiae nubibus fuerunt contecta? Verè hæc
facem

facem nobis præfert per vniuersum orbem: ut quid apud primos parentes, vel in ipso Paradiso gestum sit, clarissime cernere possimus. quid deinde à posteris eorum factitatum vbiq; terrarum, in omnibus angulis omniq; tempore: cuncta hæc splendore suo illustrat Historia, aperit, detegit, & omnibus uno quasi intuitu conspicenda, præbet. Sine hac cæca esset omnis Historia: imò non esset Historia, sed Fabula: & error non minus legentem præcipitans, ac si quis viam ignorantis, ducem cæcum adiungeret. Est ergo Lux veritatis Historia, & non Fabularum: licet multæ quoque sub hoc honestissimo nomine, mortalibus fœse inania figmenta venditent. Et hoc differt Historia vera ab iis, quæ à Poëtis alijsque hominibus ociosis magis delectationis & ingenij exercendi, quam veritatis testificandæ gratia nobis relicta sunt & tradita. Ingens profecto & hæc utilitas, à qua non solùm id commodi percipimus: vt sciamus verè, quid vbiique locorum, omni tempore gestum factumue sit memorabile: à D e o, à viris illustribus, ab hominibus etiam scleratis ac improbis: quæ item horum omnium occasiones, causæ, progressus euentaque fuerint: sed etiam nos inuicem, vt commone faciamus, de ijs quæ nobis ipsis, vel etiam posteris expectanda sint. Quam enim vera est Historia de creatione Mundi: tam etiam verum erit, quod ibidem de interitu eiusdem prædictitur: quam vera est Historia de quatuor Mundi Monarchijs, & tribus iam completis: tam vera erunt de quarta Monarchia hac in eadem, quæ conscripta sunt: quam vera est Historia de aduentu Seruatoris nostri I E S V C H R I S T I in carnem: tam verus erit ipsius reditus ad extrellum iudicium. Portò vitæ quoq; Memoriam (quasi quendam vitæ Commentarium dicas,) Historiam appellat Cicero: in quo

illuminat enim
Historia cun-
cta que late-
bant.

Et vera nobis
refert.

Fabulas enim
ab Historia ex-
cludimus.

Memoriam
vite.

ipso etiam eximius fructus est : non dico oblectationis : ut sciamus , qualis Nimrod , Mose , Dauid , Salomon , Iosias : qualis Hercules , Achilles , Alexander , Scipio similesq; fuerint ? (de quo tamen fructu aliquid paulò post :) sed potius vtilitatis fructus longè vberrimus . Scitis , *Auditores* , quām fluxa sit hominis Memoria , quām difficilis recordatio , quarundam etiam recentium & necessaria-
rum rerum , quas ad usum applicare nostrum opus est . At huic succurrit Historia , & non sinit effluere ex animis nostris : quod vel ad nostra consilia , actionesque gubernandas : vel aliorum commoda prouelienda pertinet . Quām multi suos ignorarent Maiores , iura & priuilegia sua ? quām multi deiicerentur bonis , possessionibusque suis , summo cum detimento & ignominia & sua & posteritatis suæ : nisi hæc vitæ memoria , quasi succenturia-
ta veniret . Ideò Polybius præclarè Historiam vocat *Πρᾶγμα τῶν προχειρησύνην* , rerum præteritarum scientiam : & si-
mul ἐπιμωτάτῳ διόρθωσιν πᾶς ἀνθρώπος , expeditissimam ra-
tionem , regendorum hominum eorumq; actionum . Verùm o-
missa hac vtilitate , ad illam dénum venio omnium ore
celebratam , quæ sequitur : *Historia est vita Magistra* : Hic
Auditores , hîc latissimus fese campus offert , de *Historia*
præstantia , vel ob hanc solam vtilitatem , dicendi copio-
fissimè . Quid enim diuinus , quid maius , quid grauius
de Historia dici , aut cogitari à quoquam potest ? Ecce
quæ nos Christiani soli D E O eiisque voluntati in lege
patefactæ tribuimus : hoc Cicero dat Historiæ : annè pro-
ptere à impiè ? minimè verò . Nam quod lex D E I est in
præceptis : hoc Historia est in exemplis . Mandatum o-
mnibus est : colere D E V M unum & verum : proximum
verò diligere , & iuuare , cunctis viribus . Horum omni-
um officiorum ergà D E V M , ergà homines , illustrissima
exempla

Succurrit enim
obliviositatē
humanae

Reuocat in me-
moriā plurimi-
ma & nobis &
posteriori neces-
saria :

Teste Polybio.

Magistrum
vita

Quam functio-
nem egregie o-
bit Histor. dum
Hominem do-
cet , quid D E O ,
quid proximo
debeat ?

exempla suppeditat Historia : præmia rectè factorum
commemorat amplissima : scelerum verò horribiles pœ-
nas ob oculos ponit. Duabus præcipue rebus homines
sapere discunt: Experientia propria : & Exemplis alio-
rum. Iam quantò tutius, *discere ex alijs, tibi quod ex usus sit:*
quamque felix censendus ille, *Quem faciunt aliena pericula
cautum?* Scire vis, priuatim quo pacto consilia & mores
tuos rectè instituas: animum virtutis amore accendas:
odio vitiorum corrigas: graues fortunæ insultus euites:
tandem verò ad metam placidè peruenias: Historias lege
piorum, & virtute præditorum hominum. Videbis in
hoc Timoris D E I exemplum: in illo iustitiæ studium: in
aliocernes Modestiam: in alio Prudentiam: in alio Forti-
tudinem: in alio Patientiam: in alijs alia. Horum consi-
lia, aetiones, studia, exitusque vitæ considera, imitare,
exprime: actuæ vitæ legem atque normam, Polycleti
Regula, meliorem constitues. Mandata tibi à D E O est
cura Reipub. & subditorum: nosse desideras, quæ salu-
taria sint consilia tibi, tuisque: quæ officia boni Magi-
stratus ergà D E V M, ergà homines: quid deceat domi in
pace: quid foris in bello necesse sit? Lege Historias. Ex-
empla innumera eaque clarissima reperies, veri cultus
DEI: Literarum bonarumque artium: honestæ Discipli-
næ, Prudentiæ, Fortitudinis, Iustitiæ, Temperantiæ,
Clementiæ, Mansuetudinis, Patientiæ, Modestiæ, Con-
tinentiæ. Videbis, quibus rebus nonnulli à D E O am-
plissima consecuti sint imperia, eademque gubernarint
felicissimè: contrà, quibus alij maxima regna euerterint,
& se suosque in perpetuas calamitates præcipites dede-
rint. Illic cernes Noachum, Abrahamum, Mosen, Iosu-
am, Dauidem, Iosaphatum, Ezechiam: Cyrum, Themis-
toclem, Scipionem, Augustum, Theodosium, Constan-
tinum,

Per diuersa
exempla,

Per quietius
est Officium
discere, quam
per propriam
Experientiam.

Priuatim in
cuinsque vita

Publicè in Ma-
gistratibus ritè
gerendis.

Bonorum
Exempla.

*Malorum**Quorum magna virtus est & efficacia**In magna natura humana peruersuate:**Vt sapientes monuerunt,**Et suū Exemplū plu comproba-
runt,*

tinum, Carolum Magnum, & Heroas alios innumerabiles. Hic Sodomas & Gomorrhas: Beniamitas, Saulem, Xerxem, Crœsum, Pharaonem, Sardanapalum, Phalaridem, Herodem, Antonium, Tiberios, Neronem, Domitianum, Heliogabalum, & similia horrenda monstrata: quorum omnium collatione quid sequendum in tota vita, quid verò fugiendum sit: diligens Magistratus, facile animaduertet. Amemus ergò hanc præclaram vitæ Magistram, quæ exemplis non secus ac legibus animos nostros, ad virtutem informare potest: quæ motus Heroicos in nobis accendere valet: è contrà à vitijs, libidinibus, ignauia absterrere: idque longè citius certiusque, quam vel ullum præceptum, aut viua vox, vel grauis concio villa potest. Reuerā enim exempla longè maiorē vim habent, ad hominum animos mouendos: dum quod alij accedit, idem sibi quoque euenire posse, quilibet existimat. Et sumus plarunque alij aliorum simiæ seu imitatores hoc in mundo: utinam in bonis potius, quam in malis, ad quæ natura nos propensiores finxit: quam ob causam eiusmodi Magistra vitæ nunquam non opus habemus. Hæreat igitur perpetuò in animis nostris hæc diuina Ciceronis vox: *Historia est vitæ Magistra: vt quoties postulat necessitas, ad hanc configiamus.* Simus memores illius Ephesiorum præcepti: de quo est in vita Antonini: *Quotidie alicuius veterum recordari nos oportere, qui cum virtute vixit: donec tandem liceat cum Zenone Philolo ho (quod Suidas & Laërtius referunt:) veteribus mortuis οὐ γέωτιζε: eorum colores, h.e. mores induere nobis q, quodammodo affricare.* Moueant nos exempla præstantissimorum virorum omnibus sæculis, quorum nonnulla supra commemorauimus, quique ex Historiarum lectione & ipsi facti sunt optimi, & nobis velut viuæ imagines, cum ciuilis,

ciulis, tūm Christianæ vitæ non solum ad intuendum, verūm etiam ad imitandum lampada præluxerunt. Mōueant nos dicta sapientissimorum Hominum: Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Diodori, Liuij, Sallustij, Polybii, Plutarchi, Dionysij, & similium, qui hanc vitæ Magistram pluribus ijsque grauissimis sententijs nobis commendarunt: velut μόνην καὶ αὐτὸν διδάσκαλον τῷ λέγειντε καὶ περιθεῖν τὰ ἄρχεια: Καὶ λῶ τῶν ἀρίστων, καὶ Φυγῆ τῶν χειρόων: velut unicam indubitatem Magistram & dicendi & faciendi, quæ sunt optima: emulatione quidem bonorum, fuga vero malorum: ut sapienter ait Lucianus: moueat deniq; nos ipsius Dei vox non frustra in sacris literis toties repetita: Narrabis hæc filijs tuis & filiorum tuorum filijs. Sed vela contraho, meque ad postremam Vtilitatem, veluti priorem unde sum egressus portum, recipio, quam Vetustatis nomine nobis commendat Cicero. Antiquos nummos plerique amamus: mores antiquos laudamus: antiqua fide nos saluos fore credimus: quid nī ergo Historiam quoque amemus, qua nihil est antiquius, immo quæ antiquissimorum quorumuis index est, amemus ac magnificiamus. Hæc est illa vetustatis Nuncia, quæ ἀξιομνησούσα cuncta recenseret, notaque reddit: hæc facit, ut homo vel maximè à bestijs differat: quæ ad id quod adest, tantum sese accommodant: de præteritis aut futuris, parum sollicitæ: hæc famam atque existimationem nostram ab obliuione hominum atque interitu vindicat. Profectò, nisi sciuissent præstantissimi quique omnium sæculorum homines, hanc Historiæ inesse vim atque utilitatem, nunquam se tot curis, tot laboribus, tot periculis obiecerent, fregissent, confecissent. Et hodiéque quid gereretur præclarè à quoquam: si persuasum cuique esset, id omnes olim ignoraturos esse? Num Duces boni in

Et Historici
grauissime di-
cti inculca-
runt

Et ipsa scriptu-
ra sacra praesi-
pit

Nunciam ve-
tustatis

Eo quod omnia
antiqua & ob-
soleta reuelat

Hominem facit
differre à bestijs
amore laudis
victorie

Ad virtutem
exuscitat, spe
perpetue laudis

prælijs, sæpè manifestissimam mortem tām fortiter opererent: si nulla inde euentura esset laudis ipsorum ad posteros commemoratio? quorsum optimi quiq; ac generosissimi, alij factis, scriptis alij, alij dictis sese studerent excellere cæteris mortalibus: nisi aliquam apud posteros memoriām inde sperarent? Nihil ergò trophæa: nihil imagines, Colossi, monumenta, sepulchra: si cum hac vetustatis Nuncia, h. e. cum Historia conferantur. Salaminam prius necesse fuit interire (vt rectè prouidit Cicero) quām quæ ad Salaminam gesta fuerunt. Durabit Historia, durabit, inquam, quandiu vita erit hominum in his terris: & tandem in sempiterna illa & cœlesti vita eadem excoletur, repetetur, amplificabitur summo omnium piorum gaudio: quod gaudium, nihil erit aliud reuerà, quām Nunciatio vetustatis: & beneficiorum Dei recteque factorum commemoratio perpetua.

VOLVPTAS
& Delectatio
ex Historijs o-
mnium percipi-
tur maxima.

Propter rerum
variarum com-
memorationem
veram.

Supereft Voluptas ac Delectatio, qua non minus præstat Historia, quām rebus alijs, quas hactenus recensuimus. Hanc vt pluribus vobis commendem, Auditores optimi, non opinor necessarium esse. Nemo enim est, qui cùm audiat & intelligat, quanta sit Historiæ præstantia, utilitas, necessitas, dignitas: quin eidem quoque plurimum voluptatis inesse, per sese statuat. Et reuera si sæpenumerò inepta ac fabulosa alicuius Poëtæ Narratio animos nostros suspensos detinet: si nos admirari, laudare, gaudere, variè affici, eadem illa occulta vi sua adigit: quid nî Historia, hæc ipsa quoque in nobis præstet, quam Lucem veritatis esse paulò antè demonstrauimus. Videamus quosdam religiosè colere imagines ac statuas parentum maiorumque suorum: vel ob id saltem, quod externa illarum specie, ad imitandum sese excitari putant: quanto

quantò magis conuenit, nos in Historijs clarorum viorum Exempla intueri: non, ut corporum: sed vt animorum simulacra viua & efficacissima, è quibus longè melius, cuiusq; mores animumq; videre possumus, quam ex quibusuis alijs corporum lineamentis, ab ipso Apelle, Phidia, aut Praxitele ductis atque expressis. Accedit, quod Statuæ & imagines, licet delectent plurimùm: tamen non facilè loco mouentur: nec ubique nobis sunt obuiæ, præsentesque: at Historiam, quotiescumque opus est, aut libet, tecum ferre atq; habere licet. Hæc, ut eleganter Tullius ait, de cæteris humanioribus artibus: *Adolescentem alit: senectutem oblectat: secundas res ornat: aduersis per fugium ac solatium præbet: delectat domi: non impedit foris: per noctem nobiscum: peregrinatur: rusticatur.* D E V M immortalem! quanta est hæc iucunditas atq; delectatio! videremur quasi superioribus annis ætatibusque maiorum viuere: quando in Historijs versamur: & præstantissimos homines hospitio accipere: cum illis de magnis rebus colloqui, & nos inter nos inuicem interrogare, responderemus: rerum gestarum rationem pariter petere & reddere. Ut nihil dicam de nouitate & varietate rerū, de Temporum mutationibus: de fortunæ vicissitudinibus: de inopinatis casibus atque euentibus, quibus Historia omnis referta est, & per quæ subinde, Menti nostræ, nouitatis cupidissimæ, recentem delectationis materiā præbet. Ex hoc latere monstrat nobis Historia descriptio-nes Locorum, Regionum, Montium, Vallium, Camporum, Fluminum, Riparum, Vrbium, Oppidorum, Ædificiorum: ex illo indicat morum dissimilitudines: populo-rum ingenia: linguarum varietates: ciuitatum formas: Imperiorum initia, progressus, conuersiones, exitus. ex alio aperit nobis distinctiones temporum, quibus quid

Propter viuam
imaginem vir-
tutis Bonorum,
quam nobis re-
presentant:

Et exhibent,
quoties vide-
re libet:

Quocunq; loco
& tempore:

Propter conuer-
sationem, que
etiam cum de-
mortuis quo-
dammodo in-
stituitur.

Propter neu-
itatem ex diuersi-
tatem eorum,
que in Historijs
leguntur.

Propter utilitatem fructum, quem ex Historiarum lectio ne percipimus.

Propter amplitudinem & copiam rerum cognoscendarum.

Propter magnitudinem virorum Ludicia.

Propter facilitatem Cognitionis Historicae.

que in Mundo gestum, factum, dictumque fuerit: his adiungit occasiones, causas, consilia, rationes, exempla: atque ita in amoenissimum, amplissimum, ornatissimumque Theatrum totius Mundi vitæque humanæ nos introducit. Vnde non inanes & vacui, velut è ludis Scenicis redimus: sed ex quo nobiscum afferre possimus abundè, quod ad omnem nostræ quoque vitæ, casum & fortunam expeditat. His cunctis ergò, quid iucundius, quid amabilius, quid dulcior? Licet vno quasi oculorum i&stutum mundum contemplari in Historia: licet vno tempore videre, quæ multorum s̄eculorum spacijs gesta sunt: licet vno labore optima certaque morum documenta, & quasi vniuersalem sibi prudentiam comparare, cuius alij vix partem aliquam longo tempore, multis peregrinationibus, sumptibus immensis, periculis non paruis inquirere sibi, necesse habeant. Vnde an maior ex vlla re alia, vel certior, vel diuturnior efficaciorè voluptas capi possit, non iniuria quis dubitet? De Laurentio Medices magno illo Patrono literarum per Italiam, fertur certò, quòd è graui morbo conualuerit aliquando, ex sola Narratione Historiæ illius, quæ extat, de Conrado Tertio Imperatore: quòd is cùm Guelphū, Bauariæ ducem ob sidione diuturna fregisset, & ingenti commotus ira, urbem cum omnibus hostibus perdere statuisset: superatus tamen fuerit à fœminis Nobilibus, quæ, impetrata venia exportandi ea tantū, quæ humeris gestare possent: ipsum Ducem Guelphum hostem immanissimum, vñā cum maritis, liberis, parentibus & charissimis quibusque, antè ora viatoris, saluos omnes atque incolumes extulerunt, seque & patriam cum suis hoc astu conservauerunt. Prætereo hic non exigua voluntatem, quæ ex facilitate Historiæ percipitur. Cæteræ artes & disciplinæ tam ardo inter

etō inter se colligatæ sunt vinculo : vt altera sine alterius adminiculo, vix multo sudore : labore assiduo, tempore benè longo cognosci queat. Historia verò, quasi suprà omnes scientias, in altissimo dignitatis gradu locata, nullius eget ope: interdum ne quidem ipsis literis : sed per manus quodammodo tradi, & sola auscultatione contenta, suas in nobis vires exerere potest. Philosophiam vt abditam atq; abstrusam multi negligunt atque aspernantur quamuis malè : at Historiam nemo contemnit, nisi ignorans quique è mundo exire velit, & ad inferos migrare : adeò sine ylla offensione in omnium animos, Historia, suauitate sua sese insinuat. Quod non propterea dicitur, quasi ob id molliori brachio, tām præstans tractari debeat facultas : sed potius, vt intelligamus, quām nullis ferè impedimentis res tām necessarias, tām utiles, tām iucundas, breui nobis spacio, Historiæ comparare beneficio possimus. Lucullus rei militaris anteà ignarus, Roma contra hostem potentissimum iuxta & callidissimum Mithridatem profectus est: at cùm totum iter & nauigationem legendis Historijs doctorumq; hominum Disputationibus consumpsisset : in Asiam veniens Imperator, ita Mithridatem hostem acerrimum exercuit: vt is ducem à se maiore, nunquam cognitum fuisse, fateretur. Philopæmenes celeberrimus Græcorum dux, (vt Plutarchus refert) lectione Historiæ Alexandri Magni, tantam breui tempore assecutus est gloriam ex æmulatione illius: vt cum eo mortuo totius Græciæ decus corruisse visum sit. Alexander Seuerus (teste Lampadio) quòd in dubijs rebus maximè Historias, & earum peritos consulere solebat, multorum Imperatorum laudes breui tempore superauit: adeò, vt dubium sit, maior ne facilitas, an delectatio Historiæ insit? prodit se tamen

*Quæ tamen non
debet patroci-
nari ignaviae
Studioorum
Histor.*

*Sed ad alacri-
tatem & indu-
striali inuitare*

*Exempla L.
Luculli*

Philopæmenis

*Alexand. Se-
ueri*

voluptas Historiæ vndique : ita vt videamus, eos, qui semel illecebris illius capti ac deliniti fuerunt : vix ægrè à suauissimo eius complexu diuelli posse.

Reiectio longioris dissertationis de hac Matteria.

Quod ipsum, *Auditores optimi*, ne mihi quoque accidisse putetis: utpote, qui in hoc Argumento longius fermè progredior, quām patientia vestra ferre queat, delinitus & ipse tantis Historiarum delicijs atq; vtilitatibus: finem hīc differendi faciam: spe bona fore, vt quæ hucusque, non pro rei quidem dignitate, sed ingenij mei tenuitate, de præstantia Historicæ facultatis dicta sunt: etiam sine longiori Epilogo & accuratiōri commendatione vobis probentur. Virtus namq; vestra, doctrina, humanitas, & excellens cùm ergà disciplinas omnes Studium, tūm de ijsdem Iudicium, adeò nobis explorata sunt: vt quin hanc quoque eruditionis literariæ partem, ob antiquam nobilitatem suam: ob summam necessitatem: ob immensam amplitudinem: ob insignem vtilitatem: ob incomparabilem voluptatem, & magnificiendam & sedulò colendā statuatis, nullatenus dubitem. Faxit D E vs Trinus & v-nus: vt vestræ industriæ & laboris, *Auditores Ornatisimi*, quem in cognitione pulcherrimarum & vtilissimarum rerum hucusq; adhibuistis, vberes ac diuturnos fructus aliquando sentiatis: imò tales, qui in gloriam nominis altissimi: in Reipub. Christianæ salutem: in singulorū denique commoda atq; ornamenta redundēt. Pro beneficio autem hoc, quòd me, de Historiarum cognitione, eiusq; dignitate atque præstantia dissertantem apud Vos, tām clementer, benignè atq; humaniter audire dignati estis: vicissim omnibus & singulis, perpetuam animi gratitudinem, (cum nihil habeam aliud) defero atq; polliceor.

FINIS DISSERT.

NARRA-

Recapitulatio brevis eorum, quæ hactenus de præstantia Historiarum dicta.

NARRATIO BREVIS

PRAE CIP VARVM
RERVM, A' MVNDI INITIO,
VSQVE AD HÆC TEMPORA

GESTARVM, QVÆ STUDIO SO HISTO-
RIÆ INSTAR Compendij Historici
esse potest:

Auctore

PHILIPPO GLASERO I. V. D. ACADEM.
ARGENT. PROFESSORE.



VM DVAE POTISSIMVM HI-
storiæ tradenda viæ reperiantur: una, qua
Imperij ac gentis cuiusque principia, res ge-
stæ, progressiones, mutationes atque interi-
tus, à primordijs eius, iusta serie, ad exitum
usque, tanquam à capite ad calcem, sepa-
ratim, unoq; tractu commemorantur: Alte-
ra, qua eadem hac κατὰ συγχονισμόν, iuxta temporum seriem,
& personarum, locorum aliarumq; rerum concursum, simul &
coniunctim traduntur: placuit in præsentiarum, hac posteriori
via uti: & bonafide, ut quæque in Mundo res cœperint, circue-
rint, mutarint, desierint diuersis vicibus κατά περισάσεων κατη-
κον, & secundum temporum, locorum, hominumq; (præsertim
magnatum atque potentum) circumstantias, strictim nq̄ w̄s cū
orwō & ei exponere oculisque Studiosorum subjcere.

Ne autem ingressi rerum hoc immensum Pelagus, confessim
magnitudine illarum multiudineq;, quasi fluctibus quibusdam
objectis, vel incerti agitemur: vel à portu cognitionis optatissimo
turpiter

tur puer aberremus, vel penitus etiam naufragium miserè faciamus: Cynosuram quandam nobis statuemus, secundum quam Nauigationis nostræ cursum, per orbem terrarum dirigentes, felicem eius successum, finemq; sine studio reperiamus. Ea verò sit Chronologia, siue temporum qualiscunq; notatio atque diuisio: in quibus Dominatus ac Dynastia quæque: Regna item, Imperia, Resq; publica, partim constituta, partim mutata, partim perditæ fuerunt: in quibus item omnia ea contigerunt, gesta q; sunt, quæ nomine Historiæ à Sacris & profanis Scriptoribus nobis sunt tradita, & quæ ignorare, est semper puerum agere vitamq; hanc in tenebris & perpetua caligine rerum gestarum gerendarumque transfigere. Est autem Chronologia (ut vulgo constat) varia, & multum inter se discrepans: dum aliter Epochas, Aeras, siue summa temporum momenta considerant Ecclesiastici scriptores, aliter Historici, aliter Mathematici: & hi omnes inter se, ac propè singuli dīc dīa τασῶν differunt. Ut igitur in Narratione hac, sic satis copiosa & varia, non impingamus alicubi: duo tantum simplicissima Tempora, quasi duas Metas, antè oculos nobis constituemus, ad quas subinde nostra respiciat perigrinatio. Una sit Meta temporum priorū, q;uæ à condito Mundo, usq; ad CHRI-
STI Seruatoris nostri in carnem aduentum elapsa sunt, Anno-
rum videlicet trium millium, nongentorū, sexaginta & septem:
Altera meta sit temporum posteriorum, ab eiusdem σωτήρι Na-
tivitate, ad hoc usque præsens saeculum Mille simum sexcentesi-
num, in quo degimus, & in quo gloriosum eius in nubibus redi-
tum expectamus: qui vitam nobis, p̄ijsq; omnibus breui exopta-
tus & salutaris appareat:

Iamq; ingressurie ad sis, bone CHRISTE, rogatus:
Ut videat portum tutacarinatum.

anni à condito
mundo ad na-
tum CHRI-
STI 3967.
vel secundum
alios 3970.

PRINCIPIO

PRINCIPIO igitur (si modò dicendum principium, quo nec dumerat principium, nec tempus, nec creatura: sed Deus sempiternus, solus omnia in omnibus) creauit idem summus ac præpotens Deus, unus in essentia, trinus in personis, liberâ sua voluntate immensaque sapientia, vniuersam hanc Machinam, quam Mundum dicimus, cœlo, terrâ, marique comprehensam, ex nullâ subiecta materia spacio sex dierum: septimum vero diem ad hoc creationis, omniumque in ea beneficiorum memoriam recolendam atq; conseruandam simul & requietis causâ, sacrum esse iussit. In his cum etiam finxisset ad similitudinem suam ADAMVM, siue Hominem è limo terræ, mentemque ei diuinam indidisset, collocauit ipsum in amoenissimum fœcundissimumque hortum PARADISI, & rerum omnium, quæ in mari, in terra, in aere iam viuebant, Dominum & administratorem constituit: qui etiam productis ad se dissimilibus omnium animantium generibus, singulis Naturæ suæ conuenientia nomina imposuit: Ipse interim sui simili atq; compare carens. Proinde somno oppressus ortam ex se, mirabili DEI opificio, HEVAM, adiutricem & coniugem accepit, cumq; ea permixto sexu genus hominū propagare iussus, solenni ritu coniugij, eidem à DEO copulatus est.

Interim malignus, inuidus ac criminator Spiritus Sathan, ob superbiā cœlo pulsus, arrepta occasione nocendi & ægrè faciendi tam DEO, quam Homini: Fœminā imbecilliore ex his primis parentib⁹ nostris, HEVAM videlicet sub specie serpētis, blandè astuteq; aggressus est, & persuasit: vt spe melioris sortis planeq; diuinæ, de vetita in Paradiſo Arbore boni & mali intelligentiā habētis, pomū decerperet atq; comederet: cui tamen esui certa mors à DEO pessimaq; vitæ conditio erat proposita & palam denunciata. Obsequuta est misera: & (vt malū mali ferax est) non quieuit: donecad eundē lapsum & ad idem contemptus ac inobedientiæ scelus, erga DEVVM Opt. Max. maritum quoq; ADAMVM impelleret. Quo facto cum parentes ambo nudos sese protinus deprehendissent pudore verecundiaq; moti, latebras ac tegumenta ex folijs Fici corpori quæsiuerunt. quæ Deus pelliceis Tunicis à se paratis, postea cōmutauit, & in signū reatus gestare iussit nudos mortales.

E

PRINCIPIUM Mundi 1.
Die Mensis Aprilis
D. Solis. secundum Theolog.

ADAM.

Paradisus.

Dominia rerū.

Nomina omnium
creaturarum.

HEVA.

SATHAN.

Serpens.

Aſtreiæ.

Lapsus primorū
parentum.Vestes signum
reatus nostri.

Fons misericordie
humane.

I. Promissio de
CHRISTO
Messiah.

Propagatio ge-
neris humani.

CAIN &
ABEL.

Institutione do-
mestica.

Agricultura.

Pecuaria.

Homicidium
primum.

An. Mund. 60.
vel 100.

Caini poena.

Henoch primus
oppidum.

Caini liberi.
Lamech Caini-
ta.

Primus Biga-
mus.

Artius Mecha-
nicarum inuen-
tio.

Porrò Deus grauiter offensus inobedientia isthac: H E V A M quidem ad preferendas partus molestias, imperiumq; mariti, damnauit: A D A M V M verò ad sustinendos in vietu comparando, cum sudore labores destinauit: utrumq; Paradiso pulsum, ac definito miseræ vitæ tempore, in Terram maledictâ eiecit: vniuersa spe salutis in futuro semine Mulieris, C H R I S T O seruatore nostro, relictâ: idq; primo anno Mundi conditi, die sexta, vel in Sabbatho secundo h e. die 14 primi Mensis, ut quidâ Scriptores Theologi elegan- tissimis rationibus, verisimile reddunt. Ab his initijs vniuersum genus Mortaliū longissimâ postmodum serie propagatū est, per Protoplastas illos primosq; parentes nostros, qui obtemperantes mandato de sobolis procreatione, antea in Paradiso dato, natu- ræq; humanæ insito: suscepérunt primū duos Filios, C A I N V M & A B E L M: quos de D E O, de operibus eius, de tristi lapsu suo deq; promisso Messiah, & Seruatore Mundi haud dubiè fideliter insti- tuerunt: sed vt diuersis studijs, ita etiam ingenij animisq; discre- pantes Filios expertisunt. Nam improbus ille C A I N Agricola, e- ques & politicus, hunc A B E L M opilionem, probum, innocen- tem, pius, studiosum, ex merâ inuidiâ necatū, in agro Damasce- no sacris operantem, sustulit: quod primū fuit homicidiū, circiter Annum Mundi sexagesimū, vel vt alij volunt, centesimū à Caino perpetratū, & fons dissidij: quo hactenus vniuersus Mundus qua- si inundans laborauit, & quo tandem perire eundem necesse est. Cainus hac cæde commissa, profugus à conspectu suorum factus, perpetuo tremore capitis & conscientiæ, ceu Furijs quibusdā ex- agitatus, arreptis secū fororibus, & ipse sobolem procreauit, pri- mumq; oppidum Henoch de nomine Filij Henoch condidit: eo loco vbi post Babylon stetit. Eū secuti sunt Irad, Mahuiae, Ma- thusael, Lamech, & cæterinepotes, qui patris imitati malitiā, & ipsi hostes piorū facti, omnibus sese vitijs sceleribusq; polluerūt: vt pote Lamech, qui præter cædem geminam Prophetarū, quam patrauit, primus Bigamiam induxit contra legem D E I connubia- lem, & ex Ada procreauit Iabel & Iubal: ex Zela, Tubal Cain & Naëma filiam: quibus tamen inuentio plurimarū artium & opifi- ciorū Mechanicorū debetur: vt Musicæ Iubal: vnde adhuc iubi- landi verbū: Iabel Tentoria pastorum: Tubal Cain fabricæ æris &

ferri: Lanæ & Lini vestiumque præparatio Naëmæ: alijs alia: quæ Græci ad suos Panes, Apollines, Vulcanos, Mercurios, Pallades, & cætera fictitia Numina, pro vanitate sua transtulerunt. Et iam elapsus erat Annus Mundi centesimus trigesimus: vbi inter varios labores & sobolē multā, nascitur primis parentibus, Filius SETH, pietate in D E V M & vitæ integritate, ABELIS interficti vices subiens. Hic traditam à parentibus disciplinā de Creatione Mundi de Astrorum motibus, de literarū studijs, de vero D E I cultu, de Politia publica & priuata, de promissione Euangelij cæterisq; rebus, constanter tenuit, auxit, conseruavit: adeò vt D E O ipsi benedicti complures electi sancti; Patres ab eodem longè lateq; pro seminati fuerint: vt Enos sacerdos, Kenan, Mahalaleel, Jared, Mathusalem longæuus, qui numerum annorum nongentorum sexaginta nouē compleuit: Itemq; Lamech & ENOCH ille, quē ob singularem pietatē, vitæq; sanctimoniam D E V S viuum è terris ad se in cœlos transtulit. Interea, defuncto iam vitâ primo patre ADAMO, circiter annū Mundi nongentesimū trigesimū, mixtis multiplicatisq; inter se familijs, sublatis quoq; multis alijs Sanctis patribus: ipso etiam impio Caino ruina ædium oppresso, Anno Mundi 931. genus hominum, vt numero, ita quoq; malitia mirum in modum creuit: adeò vt etiam piorum Patriarcharū liberi à Cainitis seducti matrimonia cum illis iunxerint, & Gigantes contemptores D E I & hominū propter robur corporis & externam potentiam procrearint: velut Ixion Centauros ex nube caliginosa, qui sceleribus suis D E V M ipsum & Ecclesiam, quasi congestis montibus, deturbare suis sedibus conati sunt. Proinde D E V S ira iustissima accessus, immissa vniuersali eluuione, cuncta animantium viuentiumque genera funditus perdidit: solo excepto N O A H Lamechi filio, viro iusto & integro, qui cùm 120. totis annis Mortales ad pœnitentiam cohortatus fuisset laboriosissimè, futurumq; Diluvium annunciasset, tandem consilio D E I, exædificata Arca, sub tempus Eluusionis ingressus eam, cù vxore Thytea siue Sibylla: tribus filijs, eorumque coniugibus, delectis simul animantium, cuiusque generis paribus, saluus atque in columis euasit: Arca in montibus Armeniæ altissimis requiescente, exitumque lætum

Anno Mundi
130.
SETH.

Doctrina Ec-
clesie.
Bona artes &
discipline.

ENOCH vi-
uus in cœlum
translatus.

An. M. 130.
Mors Adami.
Sanct. Patrum.
Interitus Caini
An. M. 931.

NOAH.
Vxore eius Si-
bylla siue
Thytea.
Arca Noe.

Diluvium uni-
uersale.

An. M. 1657.
et 1658.

Restitutio-
tius Politiae
Mundi.

Iris cœlestis.

SEM, CHAM,
IAPHET.

Vineæ plantat.

Efus carnum.

Artium libera-
liū instauratio.

Impietas Chæ-
mi.

Ianus Oeno-
trius verus.

An. M. 1758.
Peleg.

Mundi totius
distributio.

Oriens, Asia.
Merid. Afric.
Occasus &
Septentrio,
Europa.

DEO concedente, post annum spacium, atque ita NOAH gene-
ris humani alter parens atque instaurator factus est: verè Janus ille
Bifrons, qui antè & post Diluvianum Mundum vedit: Anno à cre-
atione millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo & octau-
o. Hic NOAH recepto omnium rerū dominio, & restitutis à DEO
omnibus ordinibus in integrum Oeconomico, Politico & Eccle-
siastico, sacris postmodum factis, cultum DEI instaurauit: man-
datum de amplificatione generis humani compleuit: cœlestem
quoque Arcum, testem fœderis iœti cum summo DEO, nulla dein-
ceps eluuione hominum genus periturum, ex singulari gratia
conspexit. Posthæc, conuertit se cum Filijs tribus, SEM, CHAM
& IAPHET, eorumque liberis ad agriculturam: ad plantandam
vineam: ad carnes esui humano præparandas: ad domos extruen-
das: vrbes condendas: artes liberales tradendas, & ad alias in vita
operas artesque necessarias: cumque aliquando ebrius factus è vi-
no, dormiens, ac denudatus genitalia, rideretur à filio CHAM:
indignatus hac impietate, eundem Iapheto, Semoque fratribus,
mutata conditione, seruire voluit: interim ipse pro vini autore
Iano & Oenotrio à cunctis habitus. Iain enim Hebræis, vt Græ-
cis Oīos, Vinum significat. Circa tempora illa nascitur ex Heber,
(qui Hebræis nomendedit) Filius Peleg: in huius diebus Mundi
diuisionem in suos fecit NOAH: vt sacræ literæ testantur. Etenim
is cum hominum ingentem multitudinem ex se Filijsq; progna-
tam cerneret, & benedictionem in semine suo promissam consi-
deraret: nec dum amplius prouinciæ, quam tenebant, alendis o-
mnibus sufficerent: Orbem terrarum in tres distribuit partes, pro
filiorum numero, singulisque suam habitandam concessit: & Se-
mo quidem Orientem, hoc est, Asiam tribuit: Cham Meridiem
sive Africam: Iapeto, Occasum & Septentrionem, sive Europā:
vt successione temporis singulicum suis, plagas sibi attributas in-
habitarent, quod & postea factum est. Nam ex liberis illis NOAH
eorumque posteris infiniti propemodum Populi propagati, &
regna innumera per Orbem deinceps constituta fuerūt: vt pote à
Iapeto & eius Filijs descenderunt in Occidente & Septentrione
Cimbri, Thraces, Tartari, Medi, Græci, Latini, Germani, Itali,
Dani,

Dani, Scythæ, & in uniuersum (si Iudæorum traditionibus crede-re volamus) populi Ducenti A Chamo Chanæi, Æthiopes, Ægyptij, Numidæ, Mauri, & in summa gentes Trecentæ nonaginta quatuor, in Meridionali plaga ortæ sunt. A Sem Orentales populi, Hebræi, Assyrij, Chaldæi, Syrij, Persæ, Armenij, & omnino familiæ Quadrincentæ sex deductæ sunt. Sequentibus temporibus mortuo N o A H . ætatis suæ anno Nongentesimo, quinquagesimo, terrisque cunctis Filijs & Nepotibus suis relictis, ut modò dictum est: mox è CHAMI posteritate prodijt impia ac peruersa soboles, quæ duce NIMRODO in alias gentes Imperium Tyrannicè affecit, turrimque stupendæ magnitudinis, cum urbe extruere cœpit: cui DEVS sermonis linguarumque confusione immisit. ita ut extruentes, cum se inuicem non intelligerent amplius, turpiter ab instituto opere descierint, & dissipati per orbem varijs eundem linguis infecerint, ipsi loco, populoque nomen Babel, hoc est, confusionis relinquentes: Nimrodo eorum duce subito disparente, nec inter mortales viso amplius.

Quemadmodum autem Chamî posteritas à vera & auita religione statim descivit, & in VR Chaldæorum, quæ hodie est Orchœ, ignem sacrum (Orimasda dictum,) coluit, reiectaque patria potestate ac veneratione traditionum, vi & armis homines alios ad obedientiam coëgit: Ita SEMI soboles, quæ habitauit in Salem (postea Ierusalem) verum DEI cultum retinuit, & eundem cum bonis literis propagauit: maximè autem Hebræi qui ab Heber filio Salah, nomen acceperunt. Heber autem inter omnes patres sanctos post Diluuiū vixit diutissimè, annis videlicet 464. Ex huius Prosapia fuit etiam Tharah pater ABRAHAMI, qui anno Mundi 1949. hunc filium genuit in VR Chaldæorum, & in media Nimrodi Idololatria, atq; Tyrannide. Tunc temporis misertus DEVS OPT. MAX. Ecclesiæ suæ, cum decreuisset Abramum patrem facere omnium credentium, primò eum ex VR Chaldæorum cum patre Tarah, vxore Sara & Lothro patruele vocauit in Haram Mesopotamiæ, ubi mansit quadriennium. Hinc amandauit eum in terram Canaan, ubi primum in Sichem, postea in Bethel, sedem rerum suarum fixit Abraham. Inde pulsus fame

E iii

Chamî posteritas.

NIMROD.

Turris Babylonica.

Linguarum confusio.

BABEL.

An. M. 1788.

SALEM.

Hebrei.

Heber.

ABRAHAM.

Haram.

SARA.

profugit in Aegyptum: vbi in periculum non leue incidit, propter raptam à Pharaone Sarah vxorem. Reuersus inde migravit in Hebron, & ibi agrum emit pro sepulturæ loco sibi suæque familiæ. Vixit quoq; in Dan & Gerar non sine periculo magno, ob raptam vxorem ab Abimeleco rege, Gerar: sed Deus vindice euasit, ac coniugem inuiolatam recepit. Fuit autem diues ac potens Abraham: adeò vt iam olim coactus sit secessionem facere à Lothro patruele, cui terram ad flumen Iordanem concessit, & quem in bello Assyriorum contra Reges Sodomæ ac Gomorrhæ captum, liberavit: oppressis Assyrijs in Phœnicia, & recuperatis omnibus spolijs manu trecentorum & octodecim adolescentium, quo nomine ei Melchisedech Rex Iustus in Salem, (quem Patriarcham SEM fuisse putant) benedixit, & ipsum vñā cum exercitu, pane vinoq; refecit. Circumcisio quoq; membra virilis à Deo manda-ta fuit Abrahamo: vt esset commonefactio de venturo semine ac sobole MESSIAH, Seruatore Mundi: qua pòst Iudæi omnes vñi sunt, eoq; ceu signo ab omnibus alijs populis discriminati.

Iordanis Flu.

Belum primum
apud Mosen.Victoria Abr-
ami.

Circumcisio.

Sodomæ & Go-
morrhæ. igni cœ-
linis deleta.

LOTH.

Vxor Loth in
salis statuam.

Famosæ tunc erant ad Iordanem vrbes quinque: Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboim Zoar quas propter immanissima scele-ra atque flagitia Deus horribili exemplo, igne ac sulphure cœlitus dimisis, exussit atque deleuit: solo Lothro cum suis seruatis o-pe Angelorum, qui ipsum cum familia de monte in oppidum Zoar deduxerunt, cui etiam Deus propter preces Lothi pepercit. Lacus in illis terris adhuc hodie esse dicitur, pice ac sulphure perpetuò ardens, noxius hominibus & pecudibus: Græcis Asphaltites, seu bitumminosus, Latinis, Mare mortuum dictus: in cuius ripa nascuntur quidem poma, racemi & similes fructus, extrinsecus speciosi: sed qui ad tactum illicò fatiscant & in cineres fumum-que resoluuntur: Annus tūm erat Mundi 2048. Fuit alias Lothus vir pius & iustus, patruelis, comes & socius omnium ærumnarum Abrahami, Deus ita charus, vt Angelos ipsi duos miserit, qui manibus prehensum è medio periculi cum vxore & filia-bus eduxerunt, inque tuto loco collocarunt: miser in hoc, quod vidit charissimam vxorem, contra mandatum Dei ad sup-plicium Sodomæ respicientem, obriguisse & in salis statuam, siue perpetuum

perpetuum lapidem, conuersam esse, qui hodieque inibi extare dicitur. Infelix etiam ob id, quod ebrius factus incestam cum filiabus proprijs consuetudinem habuit: Moab & Ammi procreauit quorum posteri hostes Ecclesiæ & piorum facti sunt. Moabitæ & Ammonitæ vocati: vnde etiam Lothi in sacris nulla singulare mentio extitit amplius.

Abraham porrò ex ancilla Hagar suscepit filium Ismaëlem, qui Ismaëlitis in Arabia nomen dedit.

Ex Sara autem vxore iam annosa sustulit ISAACUM, quem puerum tredecim annorum ex mandato DEI in monte Moriah immolatus, fidem atque obedientiam suam, ita probauit DEO: ut is promissionem de Messiah seruatore ex semine Abrahæ nascentiuro ei repetuerit, filiumque saluum restituerit, ariete ex verbis in Holocaustum suscepto, Anno Mundi Bis millesimo sexagesimo secundo.

ISAACVS post felicitatis paternæ successor, anno ætatis quadagesimo iungitur REBECCA Bathuelis Filiæ, quæ post sterilitatem viginti annorum, benedictione Domini, edidit uno partu ESAVVM, à quo Idumæi & Arabes prouenerunt: & IACOBVM, à quo ISRAELITÆ orti sunt: dissimiles admodum animis moribusque Fratres. Interim boni parentes exules inter Palæstinios petulantés, omnis generis discrimina subeunt, priuatim & publicè, affliguntur à Rege Abimeleco, à pastoribus, h. e. Nobilibus & Regulis prouinciarum istius vexantur: mortem vident Abrahæ, Semi, & aliorum piorum: dissidium ingens experiuntur inter Fratres, filios duos: donec & ipsi accepta promissione de MESSIAH Seruatore, ex ærumnis suis à DEO eripiuntur.

IACOBVS autem obtento iure primogenio, cum vendidisset Fratrilentium decoctum, & benedictionem paternæ accepisset, fugit fratrem Esauum hostem infensissimum, & ad Labanem perueniens, in Haram Mesopotamię: primùm Liam, post Rachælem filias, iure seruitij annorum viginti, ab eo obtinuit. Rediens postmodum cum suis ad patrem, superatis maximis difficultatibus, & Israël dictus: eo quod luctatus esset cum Filio DEI) qui olim quoque cœlos ei aperuerat, & per scalas Angelos ascendentis & descendentes.

Ismaël.

ISAAC.

Promissio de
MESSIAH.
Anno Mundi
2062.

Rebecca.

Esau.
Jacob.
Palæstini.

Iacob.
Israël.

XII. Patriarche.
Israelite.

DINA.
Simeon &
Leui.
Ruben.
Iudas à quo
IUDAEL.
Rachel.

JOSEPH.

Pharaeo Egypti
Rex.

An. M. 2310.

IOB.

descendentes non strarat, repetita promissione benedictionis & futuri Messiae, ex vtraque coniuge sua genuit XII. filios, qui seminarium fuerunt magni illius & felicissimi populi DEI, Israëlitici dicti: cuius Historia sacris literis profanisque descripta est.

Inter illos fuit & Iosephvs, optima indole, cæteris fratribus inuisus: quod eum patri Iacobo charum & magnum aliquando inter ipsos principem futurum animaduerterent. Hic indignè aliquandiu habitus à Fratribus, captus, & in foueam demersus, Mercatoribus diu enditur in Ægyptum. Reliqui intereā liberi varias molestias patri Iacobō crearunt. Vix enim ille auaritiam & inuidiam Labani socii effugiens, & Esauo fratri reconciliatus, cùm in terram Canaan venisset: Dina filia eius impubes adhuc à Rege Sichem stuprata est, vnde ingens laniena per Simeonem & Leui fratres inter Sichemitas excitata. Post Ruben filius incesta consuetudine cum Nouerca Billha sese polluit. Iudas (à quo Iudei gens numerosissima) itidem incestuosi concubitus habuit consuetudinem cum nuru sua Thamar: Rachel vxor suauissima ex partu extincta: fames denique superueniens penitus miserum Patriarcham in Ægyptum cum filijs eiecit. Ibi offendit diu desideratum Filiū Iosephvm, qui postea quam duram illic seruitutem & captiuitatem sustinuisse, tandem post annos 13 ob diuinandi scientiam, ob ciuilem prudentiam, morum amabilitatem, cæterasque virtutes ad summos honores à Pharaone Ægypti rege, euectus est: nec multò post patrem fratresque iniurios, rerum graui penuria laborantes, ad se pellexit atque sustentauit populumque DEI in Ægyptum planè transtulit: mortuum verò patrem Iacobum, cum ijs qui volebant, sedibus auitis reddidit: donec & ipse extremum in Ægypto diem clausit, Anno Mundi 2310. Circa hæc tempora vixisse creditur inter pios etiam Iobvs ille patiens in terra Vz: quanquam sint, qui eum Regem Idumeæ faciunt & generum Iacobi qui filiam Dinan ei desponsavit. Fuit autem prædiues & felix: posteā omnibus rebus spoliatus, corpore & animo afflictissimus: quæ tamen mala omnia, laudatissimā suā patientia, fide atque constantia superauit.

DVM hæc à pijs passim geruntur: impiorum quoq; posteri, diuersa

uersa per orbem regna constituentes, in immensum creuerunt: præcipue verò Assyrij, Chaldæi siue Babylonij, quorum princeps fuit NINVS. Hic motus insatiabili regnandi cupiditate, finitos omnes armis lacessiuit, per Asiam ad Lybiæ vsque terminos procedens: tandem Zoroastre Bactrianorum Rege, Magiæ auctore, debellato, multisque alijs deuictis populis, maximum regnum filio impuberi NINO reliquit, quod ab Historicis primum summū Imperium seu Monarchia prima dicitur, Anno Mundi Millesimo, nongentesimo, quinquagesimo nono circiter constituta. NINI Filij adhuc impuberis vices subiit annis quadraginta duobus, Mater SEMIRAMS, famosissima per omnem Historiam Fœmina, quæ per vim occiso marito sexum mentita virilem magnas res in orbe gessit: Æthiopas atque Indos deuicit: ingentibus structuris & ædificijs Babylonem nobilitauit: vt, muris altissimis latissimisque, Hortis pensilibus & alijs miraculis: donèc tandem postulans NINI Filij concubitum ab eodem interempta est. Filius post regno potitus, luxui, otio atque ignauia, totum sese dedidit, rerum gerendarum curâ præfectis imposita: cuius exemplū imitati nonnulli Reges Assyriorum subsequentes, (maximè SARDANAPALVS trigesimus quintus in ordine, (cladem non exigam huic imperio attulerunt: vt suo loco dicetur.

Floruerunt etiā temporibus istis præteritis in Ægypto, Caini & Chami posteri, à quibus orti sunt, Pastores siue Reguli, quos Hicos appellant & Larthes & Politanos, quique Dynastias & Regna sua ab An. Mund. 1793. exorsi, ad hæc vsq; tempora Pharonum Regum, in superiori & inferiori Ægypto, propagarunt: inter quos olim excelluerunt Mizraim, qui totum Ægyptū constituit: & Chus, quem poëtæ Bacchum siue Dionysium vocant: & Osiris, cognomento Iupiter Hammon, qui cum vxore & sorore sua Iside (quæ & Iuno Ægyptia & Ceres cognominatur) totum ferè terrarum Orbem circumiuit, Iustitiam & pacem constituit, Agriculturam homines docuit: Gigantesque superauit: & Sesostris, qui latè maria nauigijs lustrauit: & Pharaō Amenophis, qui primus Labyrinthos extruxit: & Pharaō Raëmises, qui Israëlitas longa seruitute pressit: quem multi putant fuisse Busiridem il-

Assyriorum
Regnum.NINVS.

Zoroaster.

NINU 2.Monarch. pri-
ma Babyl. Af-
syr. Chal.An. M. 1959.
SEMIRAM.Æthiopæ &
Indi.

Sardanapalus.

Ægypti Reges.

Mizraim.

Osiris, &c.

Sesostris.

Pharaō Raëm-
ses.

An. M. 1370.

Moses.

Thermutis.

Tethro.

Vocatio Mose
& Aaron.Exodus Israëlis
ex Aegypto.Mare rubrum
duvium.Interitus Pha-
raonii.

An. M. 2 454.

lum, de quo poëtæ fabulantur, quòd hospites mactatos comedebit. Nam hic Pharaon circiter annum Mundi Millesimum trecentesimum septuagesimum, videns Israëlitas mirum in modū crescere: adeò ut etiam vna tantum tribus Ephraim, ausa sit promissam terram Canaan inuadere: inclemētiūs eos tractare cœpit, laboribus luti & laterum eos exercens: obstetricibus quoq; mandans, vt omnes masculos mulierum Ebraeorū infantes, vel in partu occiderent, vel in profluentem abijcerent. Eo tempore natus fuit Moses, ex tribu Leui, patre Amram & matre Iochhæbet, qui quod esset elegans puerus, per menses tres à parentibus est occultatus, post in arcula arundinea expositus in Nilo, à filia Pharaonis Thermutide ex aquis extractus, & in Aula Regia enutritus, atque in omni sapientia Aegyptiorum institutus est: usq; ad annum attatis 40. Post relictā aula ad fratres Israëlitas sese conferens, quendam ex illis defendit, occiso Aegyptio: quo facinore propalato fugit in Midiam, ibiq; Ziporam lethro sacerdotis filiam matrimonio sibi copulauit. Eo tempore misertus Deus populi sui in Aegypto, Mosen pascentem greges in deserto montis Sinai ex ardente rubo vocauit ad munus Legati & educendi populum ex Aegypto, adiuncto ei fratre Aarone. Hierogò cum ad Pharaonem profecti dimissionem populi petiuissent: ille verò pertinacissimè recusasset: miraculosis decem plagiis ijsque grauissimis totam Aegyptum afflixerunt, & tandem re secreto confecta, ex Aegypto cum maxima Israëlitarum manu, sexcentorum videlicet millium hominū bellicosorum, exiuerunt: transitum ipsis præbente, per deserta Ethan & montium fauces, ipso mari rubro, stupendo planè miraculo, aqua in nubibus suspensi, per latitudinem quindecim milliarium Germanicorum, ut ex Ptolomeo videre licet. Quam rem indignè cum ferret Pharaon, hostili animo insecutus populū Dei, licet maximis tempestatibus eum terrentibus: maris tamen vadum & ipse ingressus est cum omnibus copijs: sed recurrentibus aquis circa diluculum diei, penitus vna cum suis oppressus in illis, atque absorptus est: calamitosum simul & memorabile factus exemplum ira Dei ad omnem posteritatem Anno Mundi bis millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

MOSES.

MOSÆ autem celebrans primum Pascha, & Eucharisticis Carminibus DEO gratias agens, Israëlitas per deserta & solitudines multas circumduxit, ipso filio DEI in nubibus præeunte, & nunc aquis, nunc coturnicum multitudine, nunc Manna cœlitus sparsa, corpora eorum reficiente, vestesq; eorum miraculosè seruante, totis annis quadraginta: in quibus molestias plurimas, & maximas murmurationes, exprobrationes Idololatriam suorum pertulit Moses, & ex varijs periculis hostilibus (præsertim initio Amalechitarum) eos eripuit, fouit ac conseruavit. Legibus præterea Rempublicam constituit, de consilio socii sui Iethro: Legem DEI præceptis decem, tabulis vero duabus comprehensam, in monte Sinai accepit: quadraginta diebus sine cibo & potu illic commoratus, quæ etiam inter horrenda fulgura atque tonitrua, audientibus sexcentis virorum millibus promulgata est. Præterea Tabernaculum Arcæ legis DEI in deserto erexit ac dedicauit: Politiam totam pulcherrimis legibus & sapientissimis consiliarijs publicè priuatimq; instruxit: exploratores Iosua & Caleb in terram Canaan misit: æmulos suos diuinitus puniri vidit: Mariam lepra: Chore & socios hiatu terræ: ingratos omnes Israëlitas partim gladio, partim ignitis serpentibus, partim morte perire consperxit: pro quibus tamen subinde ardentissimis precibus apud DEVM intercessit Moseh: æneum serpentem erexit, leuamen, medicinam, auxiliumque omnibus afferens.

Idem bella plurima & grauissima gessit: Sihon regem Hesbon, & Og regem Basan, magnos Gigantes occidit: Midianitas omnes cum quinq; regibus deleuit: Iosuam populi Ducē constituit: Deuteronomium dedit repetita lege DEI: beneficia eius in populum suum Eucharisticis Cantibus siue Psalmis celebrauit, & cum in monte Pisga eminùs terrā Canaan vidisset, conuocatis tribubus duodecim eis benedixit & valedixit: tandemque sensibus omnibus animi & corporis adhuc integris (quod in homine mortali rarissimum) descendens montem Naboh, mortuus ibi & sepultus est ab ipso CHRISTO: nemine sepulchrū eius inueniente, anno a tatis sua 120 Calendis Martij. Heros incomparabilis qui de facie ad faciem DEVM vidit, & cum CHRISTO in monte Thabor collocu-

PASCHA
primum.

Exilium Israëlit. per annos.
40.

Molestia &
pericula Mose.
Politia in de-
serto.

Lex DEI in
monte Sinai.

Tabernaculum
Arcæ.

Iosua & Caleb.

Chore & socij.

Serpens æneus.

Bella contra Si-
hon & Og &c.
Midianite.
Deuteronomiū.
Gratiarū actio.

Valedictio
Mose.

Mors & sepul-
tura.

Iosva.

Iordanis flum.
us exiccatus.Pœna inobedi-
entia.Circumcisio
Pascha.Ierichuntius ex-
pugnatio.Solis & Luna
miraculosa
statio.Triginta vniuersitatis
Regg. Canaan
deletio.Divisio terre
Canaan.

Leuite.

An. M. 2511.

Populi potentes.
à Diluuio r̄sq;
ad 4. Mundi
Millen.

Itali.

Germani.
Deutschen.

Amazones.

tus est. Reliquit autem successorem Iosvam, virum pium ac strenuum, qui diuina autoritate, virtute ac felicitate munitus, præmissis exploratoribus, Israelitas per medium Iordanem, diuina potentia, tūm exiccatum, cūm aliās plenissimo alueo exundare solet, traduxit: sed in ipsam terram promissam, nemo ex sexcentis istis virorum millibus ingressus est, præter Iosua & Caleb: idque propter inobedientiam & dissidentiam quadraginta annis in deserto declaratam. Quod reliquum tamen fuit, introduxit in terrā Canaan, & lapides duodecim, pro numero Patrum in Iordane & Gilgal constituit: circumcisionem repetiuit: Pascha celebrauit: solo tubarum cantu Iericho oppidum prostrauit: Regem Canaan ex arbore suspendit: quinq; Reges Amorrhæorum deleuit: Sole & Luna ingenti miraculo cursum suum inhibente, donec Israëlitæ hostes suos vlciscerentur: in summa triginta Reges & vnum debellauit Iosua, & totam terram Canaan sibi subiugauit: eandem sorte inter Tribus diuisit, sola Leuitarum familia excepta: tandem multis præclaris rebus bello ac pace constitutis, annorum centum & decem cūm esset, vniuersum populum Israëliticum conuocauit, Mosis exemplo, obtestatusque eum, vt in lege D E I constanter persevereret, pro Testimonio voluntatis suæ lapidem sub quercu constituit; & ex viuis abijt Anno Mundi 2511.

At non minùs interim, præter Assyrios, Ægyptios atque Hebrewos, cæteri quoque Populi à Diluuio per Orbem terrarum sparsi, suas ipsi sedes regnaque stabiliuerunt: omnibus rebus necessarijs instruxerunt: Legibus ac Politij muniuerunt, aliaque pace & toga præclarè gesserunt: vt pote in Italia Gomer Iapetii filius, Saturnus, Phaëton, (sub quo Italia arsit,) Hercules, Faunus, Euander, Latinus & Aborigines vna cum Ænea eiusque posteris. In Germania Ascanes seu Tuiscon, qui gentem Germanā (die Teutschēn) ab se appellatam pietatis ac politiæ legibus muniuit primus atq; constituit, cuius filij ac posteri vñq; ad tertium Mundi millennium floruerunt. Mannus scilicet à virtute sic dictus: Ingæuon, qui scholas aperuit, & bonas artes tradidit: & Amazones Lybicas mulieres deuicit: Hermannus bellicosus, qui poste à suis pro D E O cultus est, in statua quæ dicta fuit Hermannus seule / cuiusmodi Idolum.

Ium adhuc Carolus M. euertit in Saxonia. Marsus quoq; sub quo Osiris & Isis in Germaniam venerūt, & agriculturæ ac Cereuisiæ vsum ipsis monstrarunt. Itemq; Gambriuius, Sueus, Vandalus, Alemannus, qui Leonem viuum catena ligatum secum circumduxit, quod posteà gentilitium signum multorum principū Germanorum mansit: Boius, Francus & alij qui totidem populos, regna, Dynastias ac principatus suis de nominibus fundarunt, & ad nos posteros suos propagarunt.

Sueui.
Vandalii.
Alemanni.

Boj.
Franci.

Hispani.

Celtae siue Galli.

Graci.

Sicyonij.
Argiu.

Diluuium At-
ticum.

Athenienses.

Mycene.

Theffali.
Deucalionis
diluuium.

Bacchus &
Bacchantes.

Troiani.

Corinthij.
Lacedemonij.
Licij.
Cretenses.
Messenij.
Thebani..

In Hispania seu Celtiberia, Thubal, Tagus, Betus, Hispanus, (à quo dicta Hispania.) Geryon, Cacus, & qui vsq; ad Chartaginienfum & Romanorum dissidium, super hoc Regno, imperium tenuerunt, quorum temporibus etiam Celtarum Gallorumque Principes floruisse creduntur: vt Longho, Bardus, Celtes, Narbon, Lugdus, Belgius, Allobrox, Remus & similes. Antè omnes autem claruerunt sacerulis istis populi, qui vno nomine Graci fuerunt dicti, & diuersa regna, resque publicas apud suos erexerunt: nempe apud Sicyonios. Ægialeus, Europs, Macedon: apud Argiuos, Inachus, Ogyges, (sub quo Diluuium fuit in Attica) Danaus, Lynceus, Protheus, Amphyon & alij. Apud Athenienses Palladio, quæ condidit Athenas, Cecrops, Erichteus, Ægeus, Theseus, qui multa grauissima bella gessit: monstra domuit: Rempublicam constituit. Apud Mycenæ, Perseus, Alcæus, Amphytrouon, Hercules, Sthenelus, Pelops, Erystheus, Orestes, & similes. Apud Thessalos, Prometheus ille sapiens, & Epimetheus frater eius stultus: Deucalion, sub quo Diluuium fuit in Thessalia, & reparatio generis humani per ipsum & Pyrrham vxorem facta, iactu lapidum, vt poëta fabulantur: Dionysius filius, qui & Bacchus dicitur est, & exercitus duxit, & cum mulieribus Bacchidibus festa (Bacchanalia dicta) celebrauit. Apud Troianos, Dardanus conditor gentis Troianæ, Erichtonius, Tros, à quo Troiani, Lamedon, Priamus, & alij. Apud Corinthios, Iason, Alethes Ixion cum cæteris. Apud Lacedæmonios, Aristodemus, Eurysthenes, Proclus & complures insequentes. Apud Lycios Sarpedon, Rhadamanthus & alij. Apud Cretenses, Minos, &c. Apud Messenios, Polycaon, Nestor & similes. Apud Thebanos, Ogyges,

*Arcades.**Elaei.**Lapithæ & Centauri.**Argonautica expeditio.**Iason.**Argonautæ.**An. M. 2740.**Aureum vellus.
Aëta Rex.**Medea.**Hercules.**Hercules 43.*

Cadmus, Amphion, Laius, Oedipus &c. Apud Arcades, Pelasgus, Lycaon, quem maestato filio in lupum conuersum fabulantur. Apud Elæos, Endymion à Ioue ad perpetuum soinnum damnatus, Epeus & cæteri. Qui omnes, vnâ cum alijs, quas res in Græcia gesserint, quamque varijs vicibus regna & principatus inter se commutarint, vetustiora Græcorum monumenta nonnihil quidem indicant: sed plæraque fabulis Poëtarum inuoluta & obscurata ad nos vsque peruererunt. Nobilestamen aliquot expeditiones suscepτæ fuerunt, & bella insignia gesta, ab ijs, quos commemorauimus, Regibus atque principibus, quæ non postremum in Historijs locum inuenerunt: quemadmodum interalia Lapitharum & Centaurorum prælia vndique nota sunt, inter bellicosissimos immanissimosque Theffaliæ populos, commissa Anno Mundi bis millesimo septingentesimo trigesimo septimo. Non minus quoque eo tempore celebrata est illa Argonautarum ad Colchos nauigatio, suscepta duce IASONE circiter annum Mundi bis millesimum, septingentesimum quadragesimum, quâ Principes & Heroes præcipui in Græcia, Iason, Admetus, Peleus, Castor, Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, Mopsus, Lynceus, Talaus, Acastus, Meleager & alij in pontum Euxinum, Argò naui Prætoria, versus septentrionem vecti sunt, ad rapiendum aureum vellus: hoc est, Regnum Aëtæ Regis Colchici (auri & argenti fodinis præstans) occupandum: id quod in primis Iason opera filiæ Medæ, insignis veneficæ consecutus est: sed magnò suo malo, vt est apud Poëtas. In illa societate excelluit HERCULES patre Amphitruone Thebano Rege, matre Alcmena adultera progenitus: in omni doctrina & disciplina liberali per Præceptores optimos, Linum & Eumolpum aliasque institutus, quibus tanquam clava armatus, res difficilimas quasq; aggressus est: ita vt adhuc hodie quicquid arduum & magnū est, Herculeum dicatur: imò quæcunque facinora præclara atque Heroica vni tribuantur Herculii: cum tamen plures & diuersi Hercules numero 43 hinc inde apud scriptores deprehendantur. Labores eius noti sunt omnibus. nam cum & animi magnitudine, & robore corporis excelleret omnibus: quicquid vbiq; periculofsum

sum fuit graue molestumque in se suscepit: Monstra infinita domuit: Amazones mulieres Scyticas, virili audacia per Asiam excurrentes, debellauit: Orbem terrarum instructo cum exercitu peragravit: ex Africa in Hispaniam progressus, vltimis in Gadbis columnas erexit, quæ hodieq; Herculis columnæ nominantur: Geryonem tricorporem deuicit: boues eius abduxit: Galliam & Italiam subiugavit: Troiam cœpit, & occiso Laomedonte Regnum Priamo tradidit: Olympica certamina instituit. Cacum fœdissimum Latronem & incendiarium, cum multis alijs immannissimis beluis sustulit: filios procreauit innumeros: socios ac milites reliquit exercitatissimos, qui postmodum Heraclidæ dicti: varia per orbem Regna imperiaq; constituerunt: & honoris ergo suam ad Herculem hunc originem retulerunt tandem tamen astu mulierum Omphalæ ac Deianiræ mollior factus, planè occubuit, & in furore semetipsum exussit: relicto Hyllu filio, qui tam ab Echemone Tegeata in Monomachia victus, regnum Peloponesi & sibi & posteris in centum vsque annos amisit.

Præcipue verò duo grauissima bella, circa hæc tempora scriptoribus celebrantur: THEBANVM atq; TROIANVM. Thebano causam præbuit dissensio duorum fratrū ETEOCLES & POLYNICIS, qui ex incestu Oedipi & locastæ coniugio nati fuerunt: quorum alter Eteocles accepto Thebarum regno, exuit fratrem Polynicem legitima parte. Is autem Argos profugiens, cùm in vxorem duxisset Adrasti Regis filiam, magnum in Bœtiā exercitum adduxit: Eteocles alios vicissim sibi proceres adiungens, fratri occurrit, cruentaque cum eo prælia multa commisit: donec vterq; in Monomachia mutuis vulneribus concidit: & inter Argiuos Thebanosque bellum horribile post se suscitauit, in quo tandem Creon victoria & regno potitus est Anno Mundi 2738.

TROIANI belli auctores fuerunt, iniusti raptore Telamon, qui Hesionem sororem Priami videtinuit: & PARIS, qui vlciscendæ istius iniuriæ causa, HELENAM Menelai Regis coniugem abduxit: quâ re commoti totius Græciæ Proceres, iunctis viribus, ad Troiam venerunt: cumque ad eam decennium fermè, diuersa fortunâ pugnatum esset, tam à Græcis, quam à Troianis:

Ducibus

Labores Her-
culis.

Columnæ Her-
culis.

Herculus Filij.

Heraclidae.

Herculus inte-
ritus.

Omphale &
Deianira.

Hyllus Filius.
Herculus.

Bellum Theba-
num.

Eteocles, Poly-
nices.

Adrastus.

Monomachia
fratrum.

Creon.

An. M. 2738.

Bellum Troia-
num.

Paris.

Helena.

*Duces Graci.**Duces Troiani.**Priamus.**Excidit Troie.**Numerus occi-
forum.**Ilias malorum.**An. M. 2788.**Dyspacio Tro-
ianorum.**Aeneas Rom.
Antenor Ve-
net.**Israëlite sub
Iudicibus.**Idololatria
Israëlit.**Judices populi
Dei.**Othoniel.**Ehud.**Debora &
Baruc.**Gedeon.**Iephatah.**Sissons.*

Ducibus illinc Menelao, Agamemnone, Achille, Aiace, Vlysse Diomede, Nestore, Palamede, Glauco, &c. à Troianis autem Hector, Ænea, Paride, Antenore, Troilo & cæteris: in quibus etiam fuit Penthesilea Amazonum regina: & Telephus siue Adolphus Gotthorum, Helenusque Cimbrorum Reges: tandem noctu clām introductis Græcis, per equispeciem, autoribus Antenore & Ænea, ut fertur, & sublato rege Priamo, Troia capitur incenditurque: miserabili vtrinque adulterij puniti exemplo: siquidem in illo decennali bello ex Græcis octingenta, & octuaginta sex millia hominum desiderata fuerunt: ex Troianis sexcenta septuaginta sex: plerique vero Duces ac Principes fœminæ, in bello & post bellum, horrendis casibus, perierunt: ita ut verè Ilias malorum bellum hoc Troianum extiterit: finitum Anno Mundi 2788. cum durasset annos decem, menses sex, dies duodecim. Post lachrymabile hoc bellum, dispersi Troiani, diuersas Mundi plagas adierunt & incoluerunt: à quibus non minus multi ac diuersi populi sese oriundos, suis in antiquitatibus profitentur: imprimis Romani ab Ænea: Heneti seu Veneti ab Antenore, ut paulo infra dicetur.

At populus Dei, defuncto iam Ioseva, in multiplices sensim mutationes magnasque difficultates incidit: dum Praeceptorum Mosis & Iosuæ, adeoque ipsius Dei oblitus, peregrinis institutis sese tradidit: quam ob causam quoq; vicinis Regibus servire coactus est pluribus annis: misertus tamen eiusdem Deus Opt. Max. & recordatus promissionum suarum, diuinitus suscitavit viros quosdam principes atq; Heroas, quos Iudices vocarunt, defensores ac liberatores populi: in quibus fuere Othoniel, qui Regem Mesopotamiæ vicit: Ehud, qui Moabitum Regem Eglon sustulit: Debora & Baruc, qui occiderunt Sisaram, ducem Regis Gabbin: Gideon, qui trecentis militibus inermibus 13500. Midianitarum fudit, & multa alia præclara gessit: Iephatah, qui Ammonitas debellavit: & Simon ille omnium mortalium fortissimus, qui Leonem discerpit, & de forti dulcedinem comedit: qui triginta Palæstinos interfecit, vestibusq; spoliauit: qui iunxit Vulpium tercentum caudas, cum facibus ardentibus & segetes Philistorum

stæorum incendit: qui captus victusque, funibus ruptis, populares in Ethan delusit: & mille Palæstinæ arrepta Asini mandibula trucidauit: qui sitiens, ex eadem scaturientibus aquis, languefactum corpus suum refecit: qui duas portas urbis Gazæ, humeris suis in fastigium montis, milliaribus quinq; asportauit: qui deniq; meretricum circumuentus amoribus, captus, oculis priuatus, cæsarie spoliatus, vniuersam Philistæorum domum, in qua epulabantur illi, & ludibrii causa vincitum Heroem coram adesse volebant, prehensis columnis medijs prostrauit, seque cum trecentis amplius Philistæis pessum dedit, circiter annum Mundi Bis millesimum octingentesimum decimimum. Hos secuti sunt alij sacris celebrati literis Iudices: qui vario rerum successu populum Dei ab iniurijs vicinorum defenderunt, & sanctiorem disciplinam cultumque Dei ad posteros propagarunt. Incidit in hæc tempora bellum Israelitarum contra Beniamitas, qui violato iure hospitatis, Leuitæ cuiusdam concubina ad mortem usque abusi sunt in Gibeä, Venere illicita: propter quam causam tribus Beniamin penè tota deleta fuit.

Cæterum post HELI indulgentem patrem & auarum sacerdotem atque Iudicem qui in senecta ceruicem ob id fregit: successit diuinus ille vates SAMUEL. Hic populo Regem auidè petenti, spreta Aristocratia, quâ haec tenus usi fuerant, SAVLEM magnæ spei virum, primum sibi, vñxitq; certis legibus, ac ritibus regijs, quæ seruarentur, propositis. Sed hoc nequiter à Deo deficiente: adsciscitur DAVID opilio, adolescens eximia virtutis indole præditus, post Musicus & armiger Saulis, qui rebus Israelitarum valde dubijs: GOLIATHEM, inusitatæ magnitudinis hostem, conuicijs armisque prouocantem Iudeos, nudus, inermis baculo fundaque pastorali solum usus, singulari certamine, adolescens adhuc, prostrauit, & Israelitis suis, animum persequendi Philistæos hostes reddidit. Idem DAVID, Saule, (qui vi & fraude ipsum, licet generum persecutus erat) sibi ipsi manus violentas afferente, Rex salutatus, & tertium vincit in Hebron: maximas res summa cum gloria, pro populo Dei gessit: vicinos sibi tributarios fecit, Iebusæos, Philistæos, Moabitæ, Ammonitas, Sy-

Labores Simsonis.

An. M. 2810.

Bellum Israelitarum contra Beniamin.

Heli.

Samuel.

Saul.

Lapsus eius.

David.

Goliath.

David gener Saulis.

Saul sibi manus infert.

David Rex vincit tertium.

Danidures
præclare.

Psalmi Dau-
idis.

Promissio Me-
fie.

Peccata Dau-
idis.

Adulterium cū
Bethsabea.

Homicidium

Vria.

Πολυπραγμo-
σύν David.
Pæna.

Ammon &
Thamar.

Absolon.

Lues.

Pœnitentia
Dauidis.
Nathan.

Mors Dauidis.
An. M. 2930.

Salomon.

ros, Idumæos, Amalecitas & Gigantum familias oppressit: regnū varijs accessionibus auxit: Rem publicam legibus ac politia munivit: Arcam Domini in Hierosolymam transtulit, sedemq; illam Regiam mœnibus cinxit: alia denique præclara, maximè ad diuinum cultum pertinentia, suprà vires hominis, diuino adiutus auxilio peregit: Psalmos seu Hymnos sacros, innumerabiles cecinit Cythara suauissima, Deiq; laudes ad omnem posteritatem propagauit: ob quam causam etiam promissionem de MESSIAH ex familia sua nascituro, accepit à DEO: quin & ipse filius DEI, de nomine eius filius DAVID vocari voluit.

Passus tamen est in tanta felicitate multa humana Dauid: sceleribusq; grauissimis & se & Ecclesiam DEI contaminauit: in primis eo, quod adulterium nefandum cum Bethsabea commisit: & maritum eius Vriam virum strenuum ac innocentem in prælio occidi curauit: & posthac πολυπραγμόνιη quadam lapsus, populum Israeliticum ambitiosè recensuit. Propter quas causas grauiter à DEO punitus est, & talionem sensit in propria sobole sua. Nam Ammon filius eius sororem suam Thamar ad stuprum rapuit: Absolon verò fratrem Ammonem interfecit in conuiuio. Idem regnum paternum inuasit: patrem in exilium eiecit, concubinas eius publicè constupravit: posteà Absolon ipse in fuga sublimis de queru cæsarie sua pendens, à Ioabo duce patris tribus hastilibus transfixus est. Præter hasce Tragicas & domesticas calamitates, luem quoq; pestilentia expertus est Dauid. qua intrà triduum septuaginta millia hominum consumpta sunt. His pœnis ergò castigatus Rex, præcipue à Nathane Propheta: feriam egit pœnitentiam: absolutionem peccatorum accepit: DEO gratias egit, & edita confessione illustri de DEO, de Messiah, de beneficijs eius, confessus iam senio filium Salomonem successorem declarauit, necessarijs pulcherimisque præceptis eum instituit, Thesauros maximos tradidit, ac tandem, anno ætatis septuagesimo placide ex hac vita decessit, cum regnasset annis 40. circiter annum Mundii 2930.

SALOMON filius, viuo adhuc patre successor Regni declaratus, & à Præceptore Nathane Propheta optimis disciplinis institutus.

tutus, sapientiam antè omnia à D E O petiuit, quam etiam consecutus est tantam, quantam nullus vñquam mortalium habuit: vnde & Iudex solertissimus, (vt in causa infantis duarum fœminarum) & Ecclesiastes doctissimus (vt in scriptis suis) extitit. Librorū composuit octo millia de vi & proprietate animantium, plantarum, lapidum, Metallorum, herbarum aliarumque rerum Physicarum. Cum eo Candace regina Austræ, de Saba (quam Sibyllam vocant) itinere 240. miliarium confecto, disputauit & mirata sapientiam illius omni opinione maiorem, talenta auri centum & viginti ei donauit: ipsa quoque multis magnisque affecta munieribus, in Æthiopiam (comitantibus duodecim millibus Iudæorum) reuersa est, & Legem, Euangeliū, Circumcisionem & alios ritus in gentem suam intulit: quos adhuc hodie Preto Iohannes Æthiopum Rex seruare dicitur. Præclara deinde opera sedesq; Regias statuit Salomon, ac in primis sumptuosissimum illud totog; orbe celebratissimum templum Hierosolymitanū, in quo extruendo septennium consumpsit, vsus hominū opera centum quinquaginta milliū continua, quod post anno vndecimo, translata ex Sione arca fœderis, solenni ritu precum ac sacrificiorum consecravit cultumque diuinum summo studio ac ordine pulcherrimo constituit. Nec minus Politiam, iudicia, disciplinamque militarem: vt & rem Oeconomicam adornauit: reditus annuos ex tributis, vectigalibus, alijsque rebus sibi faciens, sexcentorum sexaginta sex talentorum, hoc est, circiter auri tonnas 40 argenti verò copiam innumerabilem sicut lapidum. Navigationem etiam cum rege Hiram instituit, à littore Maris rubri in Ophir Insulam, quæ hodie est India, America, seu Peru Hispanis iterum aperta: è qua post triennij spacium, ingentem vim auri, aliarumque rerum preciosarum accepit. Florentissimus igitur cùm esset Rex Salomon, cultu diuino, sapientia, opni magnitudine, finitimarum amicijs, subditorum gratia, per annos complures, aureumque tūm verè seculum viueret: tandem oblitus beneficiorum D E I, sortisque suæ, vxores sibi legit septingenatas, & trecentas concubinas: in quibus Ethnicæ & alienigenæ multæ erant. Cum his igitur luxu voluptatibusque omnis ge-

Sapientia Sa-
lomonis.

Iudicium Sa-
lomonis.

Libri Physi-
ci, &c.

Candace Æthi-
opum regina.

Preto Iohannes
Æthiopum R.
Opera Salomo-
nis.

Dedicatio
Templi.

Politia.
Oeconomia.

Divitiae.

Nauigatio in
Indiam.

Peru.

Lapsus Salo-
monis.

Vxores & Con-
cub. Salom.
1000.

neris diffluens: fœdè descivit à Deo suo, & Ethnicorum Idola coluit. Proinde gratiam diuinam amisit, mortemque, tanta felicitate imparem atq; ingloriam oppetijt: adeò etiam, vt multi de æterna ipsius salute dubitent. Licet Hieronymus & Hilarius SS. patres ad D E V M seria pœnitentia Salomonem conuersum autument. Erat tūm annus Mundi 2971. quo succedente in Regno Israëlis Rēhabeam filio, stolido, leui, ac superbo Iuuene, D E V S Impietatem ac Idololatriam patris & filij vindicaturus, distraxit Regnum Israëliticum in duo: diuiso pallio Prophetæ: quorum vnum Iudæ dictum fuit, & Rēhabeam cessit: alterum Israëlis, & Ieroboam Satrapæ Salomonis datū est Illud duas tribus habuit, Iuda & Beni amin: hoc reliquas decem: vtrūmq; reges nouendecim. Sub his initio miserabilis ac varius fuit status Ecclesiæ & Politiæ: D E O in vltionem vocante Reges Ægypti, Assyriæ aliosq; Barbaros populos, qui templum Hierosolymitanum diripuerunt: Reges impios sustulerunt: populumq; Israël propter cultum vitulorum, satyrorum & similium Idolorum horribiliter afflixerunt: Ecclesia, cum vero cultu D E I, intra angustas Prophetarum familias, per paucos pios Reges, tūm contenta atque conseruata: vsque ad tertium Mundi millenarium: in quo præter res illas, quas huc vsque commemorauimus, etiam hoc non ignorandum, quod sapientiæ studia, artes & disciplinæ mirificè quoque auctæ & conseruatæ fuerunt, cùm in populo D E I, per Patriarchas, Sacerdotes, Leuitas, Prophetas & similes: tūm apud alias Gentes: puta Chaldaeos, Assyrios, Persas, Indos, Ægyptios, Germanos, Gallos & similes. Vnde adhuc clarum nomen est Zoroastri Regis Bactriano-rum, insignis Astronomi & Mathematici: Magorum siue Magistrorum in Persia: Gymnosophistarum seu Bragmanum in India: Sacerdotum in Ægypto: Sophorum in Græcia: Druydarum in Gallia & Germania: Sibyllarum in Lybia & alijs Mundi partibus: è quibus antiquissima fertur, Sambethe nurus Noami, quæ cum socero in Arca fuit tempore Diluuij. Hinc veterum monumen-tis, (Poetarum maximè) commendati nobis quoque sunt: Atlas Astronomus cœlifer: Cadmus literarum græc. Alphab. repertor: Orpheus, Amphion, Linus, Musæ⁹, Tiresias, Amphiaraus, qui saxa & solitudi-

Mors ingloria.

An. M. 2971.

Rēhabeam F.

Salom.

Diuisio Regni
Israëlitici.

Regnum Iude

Reg. Israëlis.
Ieroboam.

Direptio tem-
pli Hierosolym.

Tertius Mundi
Millenarium.

Sapientie &
Literarum
studia.

Magi vnde
Magistri.
Gymnosophi-
sta.

Sophi.

Druyæ.

Sibylle.

Sambethe.

Atlas.

Orpheus.

& solitudines cantu suo, hoc est, fera & saxe hominum principumque virorum corda, literis & sapientia emolliuerunt. Hinc Apollo, Æsculapius, Chiron, Centaurus, Podalirius, Machaon, Mercurius, Trismegistus, Chryses, Phœnix, Calchas, Medici, Philosophi, Poëtæ, & vates præstantissimi celebrantur, qui artes quisque suas in temporibus illis coluerunt, & ad posteros transmiserunt.

Porrò cum his & alijs rebus gestis ætas Mundi iam peruenisset ad robur suum, & quartus annorum millenarius inchoaretur: maximas atque ingentes res in eo Homines aggressi sunt, passim per Orbem terrarum. Etenim Troiani, (qui à deleta Troia iam olim circiter Annum Mundi 2790. in Italiam venerunt ducibus AN TENORE & ÆNEA,) res non exiguae in illis partibus gesserunt: regnaque & Respub. propè ad finem Mundi durantes ibidem constituerunt.

ANTENOR quippe cum suis comitibus, ad dexteram conuersus, in intimum maris Adriatici sinum penetravit, pulsisque Euganeis, Patauium condidit, vicinisque populis ab Henetis comitibus suis, Venetorum nomen indidit: cum quibus poste à latè circum circa imperauit per multos annos: ex quorum reliquijs potens illa ac nobilis VENETIARVM Respublica adhuc superesse creditur.

ÆNEAS verò longiori errore agitatus, primùm Macedoniam siue Thraciam peragravit: inde in Siciliam delatus, amisit patrem Anchisen, non ita pridem humeris ex incendio Troiæ exportatum. Post cùm reliquijs nauium per mare Tyrrhenum in Italiam siue Latium venit, quām tūm Aborigines tenuerunt & Rex eorum Latinus: Fauni Filius, qui genus suum ad Ianum Saturnum pium & iustum (à quo Saturnia regna) retulit, & Euandro atque Carmentæ hospitium in Palatio monte concessit. Illic igitur Æneas cum socijs diuina prouidentia, à Latino Rege colloquio hospitioque peramanter exceptus: fidem amicitiae cum eodem iunxit, filiamque Lauiniam in matrimonium accepit. Quod ægrè ferens Turnus Rutulorum Rex, bello & armis Lauiniam, velut olim sibi desponsatam, ab Ænea repetit, sibiique Hetruscorum

Apollo.
Æsculapius.
Mercurius.

An. M. 3100.

Principium
quarti Mille-
narij annorum
Mundi.
Troianorum
reliquiae.

ANTENOR.
Euganei.
Patauium.
Heneti.

Venetie.

ÆNEAS.
Macedonia.
Thracia.
Sicilia.
Anchises.
Tyrrhen. mare.
Italia siue La-
tium.
Aborigines.
Latinus R. Ital.
Ian. Saturnus.
Euand. &
Carm.
Lauinia.
Turnus Rutul.
Rex.

*Mezentium.**Lauinium.**Latini.**Aeneamors.**Ascanius siue Iulus.**Alba longa.**Reges latin. 15.
ab Ascan.**Phœnices.**Tyrus.**Vtica Lybie.**Pygmalion.**Sicheum.**Dido.**Cyprus.**Byrsa.**Chartago.**Athenienses.**An M. 2876.**Dores.**Codrus.**Affryj.*

Regem Mezentium siue Tyrrhenorum Dominum adiunxit: sed frustrà. Aeneas namque superato vtroque, Regna Latinorum obtinuit, & Lauinium-vrbem de vxoris suæ nomine condidit: tandemque mortuo socero Latino, ipse iuxta fluuum Numicum euaneſcens, vel potius in aquis illis periens, Regnum filio Ascanio (qui & Iulus) reliquit. Ascanius post obitum patris, nouercæ suæ Lauiniæ concedens vrbem Lauinium, propriam sibi sedem, non ita procul, construxit, eamque Albam longam nominavit. Regna autem illa fortiter tutatus est, ac per annos trecentos in successoribus quindecim, vsque ad natos Romulum & Remum, principiumque vrbis Romæ propagauit. Iſdem temporibus Phœnices quoque, maritimis negociationibus clari, Tyrum vrbem coluerunt. Pòst in Lybiā missa iuuentute, coloniam deduxerunt Vticam, quo tempore Pygmalion, auri sacra fame laborans, Sicheum, Didonis sororis suæ maritum (quæ & Elisa dicitur) è medio sustulit, ipsi etiam sorori insidias struens Dido igitur fraternalm fugiens sequitam in Cyprum primum, pòst in Afri- canum littus cum suis defertur: vbi mercata tantum Soli, quantum corio bubalo posset circumdare Byrsam: pòst non ita longè, reperto equino capite, bellicam gloriā id significare rata, Cartaginem condidit: quæ ciuitas breui finitimarum populorum cursu frequentata, mox omnium rerum copia affluens ad summum peruenit Dominatum Eadem Dido, Aeneam cum socijs hospitio exceptit, miseroq; eius amore tandem & animo & corpore conflagravit: si poëtis credendum est. Athenienses tūm non minus quoq; clari erant: vtpote, qui inde à Cecrope rege, per Pandionem vtrunque, per Theseum, Melanthum & alios Heroas regnum suum magna cum gloria tutati sunt, vsque ad annum Mundi 2876. vbi demum propter Megaram coloniam, bello cum Doriensibus exorto, Codrus, Rex, oraculo obsequutus, semetipsum voluntaria morte deuouit pro patria, & interfectus à Doribus, Magistrati Archontæ n occasionem præbuit. Assyriacum autem summum imperium sua mole iam laborabat, nam Sardanapalus, contempta rerum administratione, cum luxuria retur intemperantius, & in grege fœminarum picta facie colo, fusōque

fusoque: non sceptro aut armis vteretur: Arbaces præfetus, talis indignum tanto ratus principatu, primum bello vrsit vna cū Phulbelocho Babylonio: pōst ad desperationem cum adegisset & in Nini vrbe obfessum cum vxoribus, Eunuchis & preciosa suppellectile perdidisset, Regnum illud ad vicinos Medos transtulit, Anno Mundi 3148. cum à Nimrodo usque per 35. Reges stetisset annis mille trecentis sexaginta.

Arbaces.

Phulbeloch.

An. M. 3148.

Sed Hebræorum principatus (de quo paulò supra) cùm iam à morte Reg. Salomonis, in duas partes diuisus esset: Regnum videlicet Israëlis & Iudæ, varias omnino mutationes expertus est: cùm propter intestina dissidia, tūm propter vicinorum populorū crebras incursiones, vexationes atq; iniurias: in primis autem Regnum Israëlis, quod sceleribus multis cultuque peregrino implicatum, tandem capta Samaria, pudendæ seruitutis iugo Salmanassaris Assyrii planè succubuit: A. M. 3256. Præbuit autem huic execidio Israëlis inter alios impios Reges, vel præcipuam occasionem nefandus ille ac detestabilis Rex A H A B, cum malefica vxore IESABELLE, quorum horrenda & insanabilis fuit Idolatria, contemptus ministerij & contumacia in atrocibus delictis, 2. Reg. 17. quam etiam sensit bonus ille Naboth, cui tum pulcherrima vinea, vna cum vita erepta fuit. qui tamen Rex, cum impia coniuge Deo pœnas satis graues luit: dum in prælio lethaliter vulneratus, sanguinem suum de curru manantem, canibus lingendum præbuit: vxor autem Iesabel, iussu Regis lehu de arce per fenestrā præcipita, vngulis equorum conculcata & à canibus lacerata fuit, usque ad caluariæ pedum & manuum viles reliquias. Accessit deinde perfidia postremi Regis Hoseah, qui contra fidem Assyriorum regi datam, fœdus cum Rege Ægyptiorū fecit: nec munera debita quotannis obtulit: vnde decem tribus Israëlis in extremum discrimen adductæ, & à Salmanassare Assyrio per extera regna dispersæ nunquam posteà conualuerunt: sed Samaritanæ genti, ex Iudæis & Ethnicis mistæ, abominabile principum fecerunt.

An. M. 3256.

Ahab.

Nabothi vinea.

Iesabel.

Hoseah R.

Magnum tamen Prophetam & Doctorem Ecclesiæ præstantem Israelitis circiter annum ter millesimum iam completum concessit Dominus: nempe ELIAM Thesbitam, qui currus fuit & equitatus

Elias Thesbita.

*Labores eius
atq; molestie.*

Miracula.

*Baalitici sa-
cerdotes.*

*Elias igneo
curru in cœ-
lum raptus.
An. M. 3050.*

Eliæsus.

*Miraculosa
facinora.*

*Ossium Elisei
contra Etus mi-
raculosus.*

*Nathan ex
prosapia
David.
Assa R.*

equitatus Israëlis, h. e. qui pietate, sapientia, doctrina, zelo ardent-
ti & miraculis plus profuit Israëlitis, quam Rex istius temporis
Achab & omnes eius exercitus. Hic precatione sua cœlum
clausit, ne plueret, & post annos tres cum dimidio iterum ape-
ruit: hic ab impio Rege, eiusque vxore Iesabele cæterisque Baal-
itis in exilium eiectus, à coruis (qui panem & carnes attulerunt)
pastus, & per Angelos cibo & aqua refectus est. Idem tempore
famis, cum vidua Sareptana degens, ex uno pugillo farinæ, & olei
sextario, se ac totam viduæ familiam sustentauit, eiusdemque fi-
lium à morte resuscitauit: quadraginta dierum spacio ieunium
sustinuit, Baaliticos sacerdotes octingentos & quinquaginta oc-
cidit: ignem cœlitus deuocauit, quo victima madens aqua, con-
sumpta est: interitum Regi Achab & vxori prædixit: centum
milites ab Ahasia impio Rege ad se comprehendendum missos
flammis cœlestibus perdidit: ELIAS & o successor curam Eccle-
siæ commendauit: per Iordanem pallio diuisis aquis eundem tra-
duxit, & tandem currui igneo, ignitisque equis per turbinem vi-
uuus in cœlum vectus est, Anno Mundi ter millesimo quinquage-
simmo. Elisæus ab aratro vocatus ad munus Propheticum ab Elia,
Ecclesiam DEI gubernauit annis multis: clarus & ipse miraculis.
nam per Eliæ pallium aquas Iordanis diuisit: venenatas aquas Hie-
richuntis, in salubres conuertit in iecto sale: pueros maledicos 42
per vrsos ex sylua erumpentes interfici curauit: viduam piam &
egenam olei copia ab ære alieno liberauit: Sunamiten hospitam
suam in fame septem annorum iuuit, filiumque precibus ex mor-
te ad vitam reuocauit: Naëmanum Syriae principem, in aquis Ior-
danis baptizatum à lepra purgauit: Regis Benhadad Syrij consilia
cruenta detexit eiusque sicarios missos delusit, tandemque mo-
lesto ac laborioso septuaginta annorum curriculo confecto, vi-
tam cum morte commutauit: adeò post funera etiam cohone-
status à DEO: vt ossium eius contactu, quidam mortuus homo
reuixerit.

Cæterum IUDÆ regnum à posteris Salomonis in familiam
Nathani translatum, aliquandiu Reges habuitpios & magnos:
vt Assa, qui Idola sustulit, & millies millia hominum in exercitu
Æthiopum

Æthiopum cecidit: vt Iosaphat, qui disciplinam Ecclesiasticam atq; Politicam restituit, pius, sapiens, felix, salutaris princeps: quos secuti sunt Amasias, sub quo vrbs Hierosolyma capta, templo spoliatum, & bona pars murorum diruta fuit. Vixit illis temporibus I O N A S Propheta, qui cum missus esset à D E O , vt Niniuitas hortaretur ad pœnitentiam, defugiens hoc munus in portu Ioppe nauem concendit. Orta autem grauissima tempestate & facta sortitione, in mare abiectus est, tanquam hostia pia cularis: vbi hiatu Balænæ exceptus, in ventre eius trium dierum spacio, per milliaria ducenta quinquaginta amplius vectus, & in portu demum maris Euxini, eiectus est: tandemque Niniuen deuenit, vrbe ad Tigridem fluuium sita (quæ ambitu suo 12. vel 15. milliaria Germanica complexa est, vt hodie Quinsai vrbs Orientalis) ibique ciues ad seriam pœnitentiam vocauit, & ab imminenti interitu liberauit. quem secutus est Propheta Nahum, qui relapsis Niniuitis pœnas eas denunciauit, quibus postita perierunt: vt nunquam cum vrbe sua instaurari potuerint. Inter reliquos Iudæ Reges excelluit etiam Ezechias, qui magno zelo pietatis donatus, æneum serpentem Mosis & alia Idola confregit: Assyriorum impetum diuina adiutus ope sustinuit contra Rabsacen maledicum: morbo lethali correptus, quindecim annorum vitæ accessionem à D E O impetravit: miraculosam Solis stationem diemque duplicatum vidiit: deinde horribilis destructionis Regni Israëlis spectator extitit.

Anno Mundi 3256. Fidum hic suo tempore *παρεγγέτιλον*, adiutorem, doctoremque habuit Esaiam Prophetam, ex regia stirpe, Christi seruatoris patruellem, secundum carnem: qui ornatus vaticinandi dono, eloquendi, sanandi, non modò multa prædixit vniuersæ Ecclesiæ D E I: vlcus Ezechia Regis applicata ficerū massa curauit: peccata eiusdem, totiusque populi accusauit: sed integrum historiam Regum suæ ætatis luculentissimam prescribens, populumque Iudæ erudiens, per annos octuaginta fidelissimè suo functus est officio: donec ab impio rege Manasse, serra per mediū dissectus est, testibus Hieronymo & Eusebio. coætaneos habuit, Hoseam & Amos insignes Prophetas atque doctores Ecclesiæ,

Iosaphat R.

Amasias R.

Ionas.

Ioppe.

Ionas in ventre
Balænæ viuu.

Niniue vrbs.

Quinsai vrbs.

Nabum.

Ezechias R.

A. M. 3256.

Esaias Prop.

Manasse R.

Hosea.

Amos.

H

Ioel.
Micha.
Iosias R.

Ieremias Pr.

Nebucadne-
Zar.
Hierosolyma
capta.
Ioiakim R.
Zedekias R.

An. M. 3365.

DANIEL.

Virtutes, peri-
cula.

Merita & ho-
nores eius.

Sadrach, Me-
sach, Abednego.

Ezech. Proph.

quos securi sunt Ioel & Micha. Post inter Reges Iudæ claruit Rex Iosias, pius & iustus, qui deleuit Idola: templum Domini reparauit: Pascha solennitate magna celebrauit: librum Legis ab Hiskia sacerdote denuò repertum, publicè prælegendum curauit: successores verò impios reliquit qui licet à Prophetis castigati grauissimè seuerissimeque, in primis à Ieremia, vna cum toto populo præfracto & Idololatrico: tamen non abstinuerunt donec superueniente Nebucadnezare, Babyloniorum Rege, vrbs Hierosolyma capta, direpta, templum destructum, Rex Ioiakim vinclitus catenis Babylonem abductus: donec etiam vniuersale vrbis templique excidium seicutum est: in quo Zedekias Rex, post liberos & Principes Regni, suo in conspectu trucidatos: ipse effossis oculis vinclisq; constrictus, cum omni suppellestile preciosa Babylonem abreptus est: vbi in carcere miserè perijt: vrbe florentissima & templo magnificentissimo funditus deletis, nec nisi vili plebecula ibidem remanente. Ethic finis fuit Regni Iudæ Anno Mundi 3365. cum stetisset à Salomonis obitu Annis 395 In ipsa tamen captiuitate Babylonica, Deus Opt. Max. misertus reliquarum populi sui non solum Ieremiam Prophetā ipsis reliquit, quem tamen nonnulli Iudæorum, furenter in Aegyptum abeuntes secum rapuerunt & lapidibus in vrbe Tachpanes obruerunt: sed etiam Danielēm licet adolescentem ad summam gratiam & autoritatem inter Babylonios euexit: donum ei concessit interpretandi somnia Regis Assyriæ eloquentia instruxit: oppressum calumnijs aulicis & in foueam Leonum demersum, miraculosè per Angelum pauit ac conseruauit: numerum & statum Monarchiarum, aduentum Christi in carnem: finem Mundi ei reuelauit: Præceptorem ac moderatorem constituit cum multorum aliorum tunc maximorum Regum Nebucadnezaris, Euilmerodachi, Baldasaris Darij, Cyri & similium Tribuit etiam Deus miraculosam constantiam socijs & aequalibus Danielis, Sadrach Mesach & Abednego: vt licet in fornacem flammis vndique ardentem coniecti essent: tamen Colossum Regis non adorarent: sed in medio igni persisterent ut illæsi: ita in vera pietate constantes. Concessit etiam Deus populo suo Ezechielem Prophetam Herroico

roico præditum spiritu, qui in medio exilio eum consolatus est & liberationem à Ieremia prædictam confirmavit. Insuper periculum vitæ, quod omnibus Iudæis imminebat, propter calumnias Hamani, per Reginam Estherem apud Ahassuerum Regem, auerit, & in autoris caput conuertit.

Assyrij, quamuis circa hæc tempora quarti millenarij à Sardanapalo diuisum habuerunt imperium: dum sublato Sardanapalo Anno Mundi 3149. Arbaces Medis & Persis: Phulbelochus autem Chaldaëis Babylonij siue Assyrijs imperare cœperūt: nihilo minus tamen, quoad formam, vnum & idem mansit imperium mutatis tantum personis. Et Assyrij quidem, siue Babylonij plæ runque exagitarunt Iudæos, & Israëlitas: vt Phulassar, qui partem Regni Israëlitici vastauit: Salmanassar, qui Samariam cœpit & decem tribus Israël abduxit: Sannherib, qui obsidione cincta Ierosolyma ingentem cladem per Angelum Domini passus, & à filiis in templo imperfectus est. Nabuchodonosor, qui deditione cœpit Iudæam: Reges postremos in vinculis abduxit: Ierusalem incendit, templum euertit, populum in Babyloniam captiuitatem abduxit: tandem tamen defecerunt Reges Assyrij in Balthasar, vt Belsazere, qui cum in conuiuio repletus vino, satrapis suis assidens, contumelia affecisset D E V M Israelis, noctu scribente vltionem in pariete manu diuina, & vitam & regnum amisit: id que Cyro & Dario concedere coactus est. Medi autem tranquiliores fuerunt, vsque ad Cyaxarem, qui cum Scythis confixit, & Asiam penè totam amisit: donec Astyages quoque, à nepote Cyro isthoc regno exutus est, Anno Mundi 3413. Inter Lydorum Reges illo sæculo floruit etiam Crœsus, vir opibus & potentia excellens, qui oraculorum ambiguitate deceptus, Cyro bellum mouit: sed ab eodem victus aliquoties, tandem Sardibus Regia sua, expugnatis, vincitus in rogum fuit impositus, vt exuretur: verum cum ibi miserabiliter exclamaret, ô Solon, ô Solon! & rogatus à Cyro, quid hoc sibi vellet? respondisset: sapientissimum Solonem Atheniensem, aliquando sibi dixisse: Ante obitum neminem beatum prædicandum esse: liberatus à Cyro, usque ad mortem in amicorum eius numero est habitus. Cyrus au-

Haman.
Esther Reg.

An. M. 3149.
Assyriorum
Monarchia
diuisa.
Arbaces Med.
Chaldaëi, Baby-
lon. Assyrij.
Phulbeloch.
Phulassar.
Salmanassar.
Sannherib.
Nabuchodono-
sor.
Balthasar.

Medi.
Cyaxares.
Astyages.
An. M. 3413.
Lydii.
Crœsus.

Cyrus.

tem Regno vtroque & Assyriorum & Medorum potitus est, omnemque potestatem ac Monarchiam ipsam ad Persas transtulit, circiter annum Mundi 3435. cum stetisset prima Monarchia annis 1614.

An. M. 3435.

Greci.

Ludi Græcorū.
Olympici.

Pythici.
Nemei.
Isthmij.

Olympiadum
initium.

An. M. 3196.

Græciae populi.
& Respub. in.
signiores.
Athene.

In GRÆCIA Olympiades iam olim ab Hercule institutæ, istis temporibus sub initium quarti Millenarij Mundi repetitæ fuerunt, & maximi totius gentis conuentus habitu propè vrbes Arcadiæ Elidem & Pisam: in quibus Græci suas vires corporis: ingenium item virtutem atque industriam exercebant: & simul de anni ordinatione, de rebus pace belloque peragendis, veluti in comitijs imperialibus deliberabant. Fuerunt etiam ludi in ijsdem habitu, & præcipue quatuor generum: Olympici, propè montem Olympum in Arcadia, honoris Iouis Olympij caussa: Pythici, in honorem Apollinis, versus ultimam oram Græciæ, in Thessalia: Nemei propè Argos: Isthmij, ad Isthmum Corinthiacum, in honorem Neptuni. Et quia ludi isti quinto quoque anno ineunte, in solstitio æstiuo, primo die mensis Hecatombæonis, siue Iulij nostratis, repetebantur: factum est: ut Olympias diceretur spacio quatuor annorum integrorum & principium quinti: quo spacio Græci posteà, & multi alij populi pro Epochâ & certissima nota temporis usi sunt, ijsque rerum gestarum memoriam comprehendenterunt ac distinxerunt: quemadmodum nos hodie per annos C H R I S T I: quibus etiam fides adhibita est huc usque in Historia, præsertim Græca, quæ antè Olympiades, plerunque Fabulis & Poëtarum commentis erat inuoluta. durarunt autem usque ad Synodum Nicenam sub Constantino Magno, qui loco Olympiadum Indictiones instituit. Claruerunt tunc inter alia regna quæ suprà commemorauimus in tertio Mundi millenario & inter populos Græciæ: (vt Lydios, Argiujos, Iones, Dores, Arcades, Pelasgos, Æoles, Siculos, Molosso & alios) itemq; inter Republicas & Insulas Græciæ: potissimum vrbes Athenæ, Sparta, Corinthus, Messene, Thebæ, Ephesus, ex quibus Athenæ disciplinis, legib⁹, virtute & sapientia cæteras antecelluerunt: & principatum per annos 65 obtinuerunt, partim sub Regibus, partim sub Archontibus. Instituit autem Rempublicam illam post vo-

pōst varias mutationes præcipuè SOLO N. legislator, qui peregrinationes longinquas suscepit in Ægyptum, Cyprum, Asiam, & ad ipsum Croësum Lydorum Regem: vt conferret cum omnibus de sapientia, de bonis legibus & de vita verè beata. Celebres etiā tum fuerunt reliqui septem Græciæ sapientes, vt Thales Milesius, qui Ecclipsin Solis prædictis sub Cyaxare Medo: Bias Prieneus: Pitacus Mitylenæus: Cleobolus Lyndius: Chylon Lacedæmonius: Periander Corinthi & Corcyra Dominus, qui singuli sua in patria res magnas gesserunt, & robur atque incrementum Græciæ non paruum diuersis in locis attulerunt. Lacedæmon quoq; seu Sparta tum potens fuit Respublica in Peloponeso nullis cincta muris, sed populo, virtute, viribusq; præstans. hæc potissimum legibus Lycurgi, (qui Agesilai Regis tutor fuit) mirificè crevit & multos populos bello tentauit sibiq; subiecit: vt ab initio Messenios qui in solenni sacrificio virgines Spartanas (quæ propter viciniam & coniunctionem sacra eorum quotannis frequentabant) nefariè violarunt: vnde ingens bellum exortum est inter Messenios & Lacedæmonios, quod durauit annis viginti: donec Messenij à Tyrteo duce Lacedæmoniorum, & poëta claudio, (qui carmine recitato militum suorum animos ad victoriam accedit) penitus deleti, & in Siciliam expulsi fuerunt: vbi posteà Messanam condiderunt, circiter annum Mundi 3229: In Asia quoq; minori item temporibus illis gestum est magnum bellum ad Miletum urbem, quæ caput fuit Ioniæ, iuxta mare Ægæum: vbi pugnatum est annis undecim, obsidentibus eam Lydiæ Regibus, in primis Halyatte, in quo claruit Thrasybulus, qui Periandro consilium dedit, de spicis extantibus decutiendis, hoc est, potentioribus è medio tollendis. Arguiis quoq; cum Lacedæmonijs non exigua fuit pugna, vtrinq; trecentis certantibus, in qua tribus solūm exceptis, cæteri omnes ceciderunt, & hæc propè omnia gesta sunt annis, à ter millesimo quadringentis circiter elapsis:

In Italia autem per ista sæcula Reges ab Ascanio ad usque Procam felici satis decursu regnarunt Albæ, quæ Regia & caput erat Latij, cæterum habuit Procas duos filios, Numitorem & Amulum: hic pulso fratre principatum arripuit: virilem fratris

Solon Legislat.

Septem Græcia
sapientes.

Lacedæmon seu
Sparta.

Lycurgus.

Messenij.

Tyrteus.

Messana.

A. M. 3229.

Miletus.

Halyattes.

Thrasibulus.

Italia.

Ascanius.

Procas Syl.

Numitor.

Amulius.

*Rhea Sylvia.**Romulus &
Remus.**Faustulus.**Laurentia Lu-
pa.**ROMA.
Asylum Rom.
An. M. 3220.**Sabini.**Reipubl. Rom.
constitutio.**Numa Pompilius.*

stirpem interemit: filiamque eius Rheatam Sylviam (ut sobolem omnem auerteret) in ordinem Vestalium virginum cooptauit. At Rhea à Marte quodam compressa gemellos peperit, Romulum atque Remum, quos flumini exponere coacta est. Hic Faustulus pastor Regius, cum videret lupam quandam infantibus ad ripas Tybridis deuolutis, mammas submissas præbentem, licet alias huic ætati infensissimum animal: sustulit pueros, & Laurentiae vxori alendos domum deportauit: quam eandem tamen, quod vulgaret corpus suum inter pastores, Lupam vocatam, non nulli autumant. Gemelli ut adoleuerunt: protinus & regiae indolis significatione & fide pastoris agniti, cum in certamen venissent cum pastoribus Amulij, ac ob id in periculum: facta conspiratione obtruncarunt Amulum: & Numitorum in locum ipsius reprouerunt. Ipsi autem relicta Alba, montium ac fluminum amatores cum essent, ut educati fuerant: mœnia nouæ vrbis auspicato aggressi, Romam condiderunt, eo ipso loco vbi infantes olim reperti fuerant Anno Mundi 3220. Paulò post Romulus occiso per inuidiam Regni fratre Remo, potestate in se translata. Asylum in vrbe instituit, viris vndique confluentibus audacissimis: mox per fraudem ad spectandos ludos venientibus Sabiniis, fœminas eorum puellasque rapuit, & suis iunxit. Sabiniis, Tacito rege ductore, iniuriam hanc: ope vicinorum vlcisci volentibus, primum bello eos cohibuit Romul post facta pace in urbem attraxit & secum habitare fecit: ipsis raptis vxoribus & liberis, testimonium fidei & probitatis, coram Sabiniis in acie, maritis suis perhibentibus. Tum constituenda Reipublica incubuit, delectis Senatoribus centum, quos ob ætatem & curam, Patres appellatos, publicis tractandis consilijs præfecit: instituit deinde ordinem Equestrem, ut militari virtute res Romanas frenaret: reliquam multitudinem artificum & opificum in ordinem plebeium distribuit & rebus necessarijs vacare iussit, graui prudentique consilio: tandem ipse Romulus saepius in aëra sublatus, coorta tempestate dicitur euauisse, hoc est, clam à proceribus suis, ut magus & fratricida, remotus esse. Huic succedens Numa Pompilius pietate & iustitia insignis, ferocem populum armisque deditum, legibus ac sacro-

ac sacrorum institutis erudit & inter cætera virginum Vestalium ordinem ignem perpetuum fouentium, instituit, quæ sacerdotes adhuc hodie fortassis communi nomine à Numa Nonnæ Germanis dicuntur. Anno, quem Romulus à Martio incepérat, menses duos adiecit Ianuarium & Februarium: omnibus quoque alijs pacis artibus mansuetiores fecit Romanos: ne fortè principatus ille, vi, & iniuria partus, collabasceret. Quæ eadem hæc iustituta, vt plus autoritatis haberent, nocturnis cum Ægeria Dea congressibus se informari finxit: templum extruxit, cuius porta (pacis index) tum primum clausa est. Sequutus est Tullus Hostilius, qui, ne populus ocio ac dæsidia langueret, militarem disciplinam instaurauit, cumq; vicinis bella grauissima gessit: maximè Albanis, vbi cū totius belli istius euentus Horatijs Romanis, & Curiatijs Albanis, trigeminis vtrinq; fratribus committeretur, vnuſ ſuperstes Horatius Romanus, tres in fuga dispersos Albanos, pro vt quisque ipſi occurrerat, cecidit: victorque rediens, cum foror deploraret interitum ſui ſponsi (qui vnuſ erat ex tribus Albanis) eandem obtruncauit. pōſt Tullus Rex Metium Suffetum auctorem foederis rumpendi inter Albanos & Romanos, quadrigis diſtraxit, ac Alba deleta opes omnes Romam tranſtulit: atque ex ambabus gentib; vnam fecit, ipſe fulmine tactus interiit. Hinc Ancus Martius, magnificis ſtructuris delectatus, vrbem muro ciñxit: Tyberim ponte ſublicio iunxit: Hostiam, maris portum, coloniam deduxit. Tarquinius inde Priscus disciplinis Græcorum imbutus, Sabinos acie deuicit, Senatum ac tribus auxit: Capitolium, illud nobile Templum (reperto capite humano ſic dictum) extruere cœpit: primum triumphum equis albis, aureum currum trahentibus introduxit: multiplicia alia magistratum ornamenta constituit. Sub hoc augur Accius ſuæ artis certitudinem comprobaturus, nouacula cotem diſcidit. Quem Seruius Tullius ſecutus, grauissimis sanctissimisque legibus regiam dignitatē communivit: censum primus instituit, quo bello & paci necessaria redimerentur: in classes centuriasque populum distinxit: Lustrum condidit, quo temporum haberetur ratio. Æs primum, pecudis nota signauit: vnde pecunia, aliaque multa præclara

Vestales virgines.

Nonneſacerdo-tes.

Annum Numæ.

Ægeria.

Templum Iani.

Tullus Hostilius.

Albani.

Horatijs Rom.

Horatius vi-
etor.

Curiatijs Alb.

Ancus Mar-
tius.

Hostia.

Tarquinius
Priscus.

Capitoliam.

Triumphus pri-
mus Roma.

Seruius Tul-
lius.

Census.

Lustrum:
Pecunia signa-
ta.

*Bellouesus.**Rheti.**Sigouesus.**Mediolanum.**Gallia diversio.**Phocenses.**Mas̄lia.**Chartaginenses.**Athenienses.**Megarenses.**Salamina In-**sula.**Solon.**Pisistratus.**Astyages.**Harpagus.*

præclara restituit, quibus vrbs Roma & creuit mirificè & contrà vicinorum incursus tutam permanxit. Interim Bellouesus, Gallo-rum multitudinem (ab Elicone quodam Heluetio, qui Romæ fabrilem artem exercebat, euocatam) in Italiam deduxit: pulsis, Thuscis, quos Rhetus quondam ad Alpes collocarat: vnde Alpi-na Rhetorum gens profecta est: similiter & Sygouesus dux, partem Gallorum ad saltus Hercynios transtulit, qui omnes sedibus in istis partibus firmatis, nobiles multas vrbes extruxerunt: vt Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Vicentiam, Tridentum, & cæteras, quarum adhuc hodiè magna est celebritas. Hac etiam Gallorum in Italiam emigratione, Alpibus intermedijs, alia Gallia citerior, alia vltior est appellata. Eodem tempore Græci aduenæ Phocenses, in littore Galliarum Massiliam construxerunt, quæ cum esset Græcorum portus, lingua, instituta, atque disciplinam suorum constanter seruauit: viribus eadem aucta, res magnas cum vicinis, maximè Chartaginensibus gessit, & in Hispaniæ Galliæq; littore multa oppida condidit. Nec minus autem Græcorum res suis incrementis tum prouehebantur: adeò vt mutua potentia non parum semetipso debilitarent. Nam inter Athenienses & Megarenses, de Salamina Insula diu multumque fuerat decertatum, & iam apud Athenienses capitale erat de illa recuperanda consultare. Ibi Solon Legislator eorum prudentissimus, subita dementia simulata, perfectit, miro consilio suo: vt Salamina Insula ex Megarensium manibus protinus eriperetur, quæ tūm magni momenti fuerat, Olympiade 50. Megarensibus vlcisci iniuriam volentibus, opponitur vir fortis & strenuus Pisistratus: sed is elatus successu rei benè gestæ, Tyrannidem affectauit, & à Megacle & Lycurgo patria eiectus est. Apud Medos interim (qui diuisum cum Assyrijs tūm obtinebant imperium) principatum consecutus fuit Astyages, qui memor somnij, (in quo viderat ex vtero filiæ suæ Mandanes vitem enasci tantè magnitudinis, vt palmitibus suis totam obumbraret Asiam) continuò natum ex filia, cui ob id totius Asiae imperium diuinitùs promitti videbat, occidendum Harpago intimo Consiliario, tradidit. Sed hic metu filiæ & facinoris atrocitate per-

tate perculsus puerum dedit pastori regij pecoris, cuius vxor morta regio infantis aspectu (suum partum fortè tūm mortuum) huius loco exposuit, & puerum hunc educavit, eique nomen Cyri indidit. Astyages igitur Cyprum nepotem, ubi conseruatum intellexit ab Harpago: arreptum filium eiusdem & in frusta dissectum, patri crudeliter epulandum apposuit. Harpagus, dissimulato dolore, cum aduersus Cyrum adultiorem factum, præfectus copiarum esset delectus, ad eundem cum omnibus suis transiit, & Astyagem deuictum, vna cum Regno in potestatem Cyri transtulit: Anno Mundi ter millesimo quadringentesimo decimo tertio.

Iamque Cyrus deuicto Astyage, & mortuo Dario Medo, (quo cum Babylonem expugnauerat, deleto Balthasare ultimœ Rege, per principes Gobriam & Gabatam, & cum quo biennium rexerat Imperium illud) prout erat præstanti vir ingenio, & diuinitus ad Imperium vocatus, longè lateque victor tota Asia extitit, ac summum in Persia principatum, seu Monarchiam secundam cōstituit: Anno Mundi 3435. Eius inter alia commendatur insignis pietas & beneficentia in populum Iudæorum. nam capti iam Babylone: cùm Danielem Prophetam audiuisset frequenter, eumq; non secus atque Darius, in precio magno habuisset: à dura seruitute Iudæos liberavit, & eosdem munieribus donatos, ducibus Zorobabel & Iesua Pontifice, domum remisit. Iudæi verò, cum templi ruinas instaurare, urbemq; Hierosolymam reparare conarentur, ad sequentia vsq; Darij tempora, per maleuulos fuerunt impediti. Idem Cyrus Lydorum regem Crœsum, opibus & potentia tūm luxuriantem, bello cœpit: conquerentem autem de felicitatis humanæ inconstantia (de qua olim admonuerat ipsum Solon) clementer postea habuit: intelligens & se mortalem in eundem casum deuenire posse. Postea Cyrus opum viriumque magnitudine confirmatus, transtulit bellum in Scythiam. Seà hic cum in regione versaretur ignota & difficillimis itineribus esset implicatus, Thomyris reginae insidijs circumuentus, & in angustias redactus, toto cum exercitu, ne nuncio quidem calamitatis reliquo, opprimitur. Caput Cyri præcisum à Thomyri in utrem

*Crudelitas
Astyag.*

An. M. 3413.

*C Y R U S.
Secunda Mo-
narchia Per-
sarum.
Darius Medus.*

An. M. 3435.

*Reditus Iudeo-
rum.
Zorobabel.
Hierosolyma
instaurata.
Crœsus.*

Scythia.

Cyri clades.

Mors Cyri.

sanguine humano plenum fuisse iniectum scribunt diuersi , cum hac crudeli exprobratione : sanguinem humanum sitijsti sanguinem bibe. Tradunt tamen alij fortissimum hunc sapientissimumque principem, cum diuersissimas gentes imperio suo subiecisset, linguis, institutis, locisque dissimiles iunxit, iamque imperium constabiliusset legibus, opibus atq; potentia : tandem sub finem vitae, conuocatis filijs, amicis atq; magistratibus Persarum, luculentam (quæ etiamnum extat) orationem habuisse de animarum immortalitate , placideque in Regno suo expirasse. Et hoc alterum fuit deinceps summum imperium in mundo, cui cum vix resistere aliud posset, (vt antè Babyloniorum,) Monarchia quoque ab eruditis fuit appellatum.

L. Tarquinius
superbus.

Apud Romanos L. Tarquinius ex morum saevitia superbus appellatus : optimè iam constitutum imperium vehementer concussit : vt fit simulac rebus secundis animi hominum insolescunt. Is namq; cum domi forisq; magna crudelitate varia hinc inde oppida Latij vastasset, sacerum suum Seruum Tullum occidisset, (per cuius corpus impia quoque filia Tullia carpentum egit) insuper Filium , similis ferociæ Sextum Tarquinium educasset, extremo suorum odio laborare cœpit. Nam cum Filius Sextus inter alia flagitia Lucretiæ vxoris Collatini pudicitiam nocturno tempore per vim expugnasset : & verò ob illud dedecus castissima foemina , in conspectu suorum semetipsam interfecisset : populus Romanus indignitate rei permotus, Regem Tarquinium, vna cum filio vrbe eiecit, autoribus L. Iunio Bruto, & L. Tarquinio Collatino: qui pudicitia Lucretiæ vltores fuerunt quo facto populus Romanus communī consensu ac iure iurando dato , decreuit : nullos deinceps reges admittere amplius. Itaque Brutus & Collatinus in liberâ iam patriâ primi Consules declarantur: & Senatus dignitas, quasi multis è regibus composita maiestas, constituitur. Neverò quis diuturnitate imperij Consul insoleseret : annuus is Magistratus esse iubetur : & quidam duplex : vt alias ab alio , (si improbus alteruter esset) coherceretur : à quo tempore populus Romanus admirabili successu , cursuque incredibili, ad omnem honoris potestatisq; excellentiam contendit, magnis animis

Sext. Tarq. F.
Lucretia.Reges electi
Româ.L. Iun. Brutus.
L. Tarq. Colla-
tinus.Consules Ro-
mani.

nimi corporisq; viribus de imperij gloria, cum omnibus orbis terrarum populis decertans: ac deinceps prætermissis lustris, res gestas, temporumq; seriem Consulum annis notare ac dinumerare incipit. In Perside verò Cyri Filius Cambyses, dissimilis indignusque patri successor crudeliter Smerdim fratrem, sororemque proxiore habitam, interemit: temulentus Filij Prexaspis fidissimi Consiliarij sui cor sagitta transfixit: Persas 12. primarios nulla de causa necauit: ædificationem templi Hierosolymitani impediuit: Sisamni præsidi ob iniustè latam sententiam cutem detraxit, & Tribunali instrauit: ac demum expeditione in Ægyptum susceppta, cum inde rediret gladio, fortè vagina elapso, incubuit nulloque regni herede relicto, infelicem animam exhalauit. Dominabantur tum Magi, quos pro sapientibus Persæ habebant: in primis Smerdes cum fratre Patazite, qui regnum affectabant. Sed his depulsis & occisis: graui septem procerum Regni deliberatione habita: vt is Rex esset, cuius equus omnium primò hinniuisset: Dario, (qui vñus erat ex iisdem proceribus) astu serui regnum à cæteris protinus delatum est: quod ipse ducta in proximum Cyri filia facile confirmauit. Non multò post callido Zopyri facto (qui sibi ipsi præcisus auribus, labijs & naso Babylonem transfugit) urbem, paulò antè deficiente à Persico imperio, recepit. In Archiuis Cyri cùm inuentum esset decretum, de instauratione templi Hierosolymitani, ne illa diutius impediri posset, sumptus immensos ad illam ædificationem piè ac liberaliter Darius contulit Anno Mundi 3456 Olympiade 66. Idem Scythis bellum intulit: Legatos ad Amyntam Macedoniam regem misit, qui cùm se immodestè gererent in Gynecæo, ab Alexandro Amyntæ F. & alijs adolescentibus, muliebri veste indutis, omnes occisi sunt. Exercitum ingentem misit in Atticam centum millium peditum, & decem millium equitum duce Artapharne: vt Hippiam Pisistrati Fil. ob tyrannidem electum reduceret, qui tamen à decem milibus Atheniensium & mille Platæensium, (Lacedæmonijs nimium cunctantibus,) in campis Marathonijs, duce Miltiade, maxima celebritate & animi alacritate profligatus, atque deletus est, Olympiade 72. Anno Mundi 3480.

Fasti Consularis.

Cambyses Tyrannus.

Exemplum singularare.

Magi.

Darius Hystaspis.

Zopyrus.

An. M. 3456.

An. M. 3480

Hac tanta victoria parta, & hoc terrore, totius Græciae sublato multum aucta fuit & celebrata Atheniensium in armis gloria: adeò ut eius picturæ insignes, passim & crebra mentio per scriptores, facta sint. Verum ingratissimum nimirum Athenienses, Miltiadem dum fortissimum & meritissimum maioris potentiae metu, in vinculis ad extremum usque vitæ diem indignissime habuerunt.

Romæ autem diu interea tumultuatum est, Tarquinij, nuper urbe pulsis, restitutionem sui per finitimos reges urgentibus. Ex quo etiam Porsena Etruscorum rex Romanis secessit: urbemq; obsedit: ubi Horatius Cocles aduersus impetum eius, sublicum pontem maxima virtute solus defendit: & Q. Mutius, cognomento Scæuola, castra Porsenæ ingressus, ac pro Rege, occiso scriba, singulari patientia, manum, quæ errarat, sibi ipsi exussit: Et obses Clælia virgo Tyberim tranauit: adeò ut eiusmodi fortitudinis, constantiae & magnitudinis animi exemplis, fractus Porsena, facta pace à bello abstinuerit: dimicantibus interim Tarquinij tam diu: quoad Brutus & Aruns regis filius, mutuis armis concidere: & Latini Tarquinij opem ferentes: itidem expulsi sunt. Tempore illo Romana plebs, translatis inimicitijs à finitimarum bellis, ad suos, & ære alieno oppressa in sacrum montem secessit, à Magistratu suo: unde Menenius Agrippa, explicatione Fabellæ, (quæ est de immuni atque ocioso ventre, & membris cæteris, quæ alimenta subministrare negauerant) eam reduxit, & sedatis discordijs Tribunitiam potestatem concessit, atq; instituit, qua deinceps populus suam libertatem aduersus Senatum & Cōsules tutaretur. Circa hæc tempora Romæ quoque nouus Magistratus Consulatu maior, in extremis periculis creari cœptus est, & Dictatura appellatus: cuius summæ potentiae unicum robur, cunctis terrori esset, & omnes ad obedientiam flecteret. Hunc honore n primus gessit Titus Lartius: cui suberat alia dignitas Magistri equitum, quam primus consecutus est Spurius Caecilius: itemq; Censura, quam primi gessere L. Papirius Mugillanus & L. Sempronius Atratinus. Capitolium quoque arx summa siue sumnum templum circa hæc tempora dedicatum est Ioui, post ab exilibus Romanis captum A. M. 3515. Interim pulsus urbe Q.

Martius

Porsena.

Horatius Co-
cles.

Mutius Sce-
nula.

Clælia virgo!

Brutus &
Aruns.
Latini.

Menenius
Agrippa.

Tribuni plebis.

Dictatura.

Magister Equi-
tum.

Censores primi.
Capitolium
captum.

Martius, dux Romanorum, qui Coriolos cœperat, Volscorū oppidum, (vnde & Coriolanus dictus,) auxilijs eorum fretus, Tribunos, qui illum exagitarant, patriæ urbis expugnatione, vlturus erat: at missis legationibus & in cæteris quoque Veturia matre, & Volumnia vxore, precibus lachrymisque earum vicitus, ab armis discessit. Eodem tempore Veientes ad Cremeram trecentos & sex viros, vnius familie Fabiorum, dolis circumuentos oppræserrunt, vnico ex omnibus istius familia nominisque superstite.

His alibi gestis, Xerxes Darij filius, terror gentium, vindicatus cladem patris Darij, in campis Marathonijs olim acceptam, cum copijs decies centum milliū, (quantas nulla vñquam ætas audiuit,) è Perside in Græciam venit, quibus apud Thermopylæ angustias in Thessalia occurrit primum Leonides Spartanus, & cum 600 vel 300 benè instructis militibus, hostium quinques centena milia trucidauit: alacri & erecto animo, pro patria cum suis fortissimè occumbens. Deinde progressum latius Xerxes ad Artemisium nauali pugna Græci vicerunt. Iterum Themistocles Atheniensis, (Miltiadis Trophæis vehementer inflammatus) aliquot prælijs naualibus ad Salaminem Perfas singulari consilio, industria ac fortitudine fregit. Tandem Græcia excedens Xerxes, fugienti similis, reliquit bellum totius suasorem & impulsorem Mardonium, qui post communibus totius Græciæ viribus, duce Pausania, ad Platæas vicitus est, frustrè Xerxe proditio-nem Græciæ per Pausaniam moliente, & nouam expeditionem suscipiente, in qua ad Eurymedotem fluum, terrestri simul & nauali prælio vicitus, à Cimone Atheniensium duce, summo cum dedecore & damno redijt in Persiam, vbi ab Artabano cubiculario occisus est Anno Mundi 3507. Græcia verò prædâ aure que Persico mirificè locupletata, luxum peregrinum admirari cœpit: & varijs inquinari vitijs: vnde & Themistocles non multò post ab ingrata patria, tam fideliter seruata, in exilium eiectus est, & factus hostis patriæ cum Persis sese coniunxit: sed antequam contra patriam proficeretur, dissidens caussæ, taurinum sanguinem babit & occubuit. Romæ Tribunis potestate sua nimium abutentibus, ac subinde grauius grauiusq; tumultuantibus, facto

Q. Mart. Coriolan.

Veturia & Vol-

lumnia.

Fabij 306.

Xerxes.

Leonides Spar-tan.

Themistocles Athen.

Mardonius. Pausanias.

Cimon.

An. M. 3507.

Tribuni plebis.

*Decemviri.**Proconsul.**Leges XII. Tabul.**Decem Tarquinij.**Appij Claudij libido.**Virginius.**An. M. 3520.**Artaxerxes Longimanus.**Esther.**Ezdra.**Nehemia.**An. M. 3523.**Charondas.**Zaleucus.**Miltiades.**Themistocles.*

communi consensu, Decemviri creantur qui annuo imperio sine alio Magistratu, Reipublicæ præesse deberent: cum paulò ante primus Proconsul extrâ urbem Romam factus fuisset, Titus Quintius. Cumque de legibus ferendis magna esset inter patres & Tribunos contentio, missi sunt in Græciam legati, qui leges Solonis describerent, quas illi afferentes posteà duodecim Tabulis comprehensas promulgarunt. Capita autem præcipua illarum erant, de cultu Deorum, de Templis, ferijs, sacrificijs, sacerdotibus, de funerum cæremonijs, de Magistratibus, de Iure, de Iudicijs, de delictis, de pœnis & similibus. Cum verò Decemviri quoque exorbitarent: adeò, vt propter magnitudinem sæuitiæ atque incontinentiæ, decem Tarquinij appellarentur, cumq; violenter in tertium usq; annum magistratum illum detinerent: tandem incontinentis Appij Claudij libido, etiam hunc magistratum Romæ finiuit. Nam cum ille Virginij cuiusdam filiæ, stuprum per vim illatus esset, pater autem arrepto cultro ex proxima taberna illam protinus, antè factum interemisset: plebs multum mota, Decemviratum abrogauit, seruatisq; legibus Consulatū reuocauit. A M. 352 o. circiter. In Persia Xerxe defuncto, successit filius Artaxerxes, qui, quod dexteram sinistra longiorem haberet, Macrochir siue Longimanus dictus est, princeps plurimis virtutibus artibusq; belli & pacis clarissimus. Hic inter alia Hebræos souit, piam Hestherem ad regium fastigium euexit: populum D E i remisit in patriam, Ezdra legis peritissimo & Nehemia viro prudentissimo, ducibus adiunctis, qui urbis mœnia instaurarunt, & prisca gentis instituta coofirmarunt. Ægyptios idem Persis parere coëgit: sed cum Atheniensibus in Cypro duce Cimone pugnauit infelicitter: vnde pax illa nobilis inter Persas & Athenienses conciliata, Græcisq; ciuitatibus libertas confirmata est A M. 3523.

Circa hæc tempora cum floreret Græcia & bonis legibus, artibus atque disciplinis, autoribus Solone, Lycурgo, Charonda, Zaleuco & alijs legumlatoribus: & rei bellicæ gloria, Ducibus Miltiade, Themistocle, Aristide, Cimone, Pausania & similibus: iamque ad summum fastigium peruenissent duæ Republicæ, Lacedæmoniorum & Atheniensium: orta inter ipsas æmulatio-ne, bel-

ne, bellum ingens conflatum est, quod Peloponnesiacum, à loco in quo cœpit, appellatum est: cum vtraque ciuitas alteram insimularet: quasi principatum totius Græciæ affectaret. Data igitur occasione per Corcyraeos & Dyrrachienses: Corinthij defensionem Dyrrachiensium susceperunt, & Lacedæmonios ad bellum pertraxerunt: Corcyrai contrà sibi Athenienses adiunxerunt: hinc tota penè Græcia ad bellum conuenit: ex una parte Lacedæmonijs rem gerentibus, quorum socij erant Peloponnesij, Megarenses, Locri, Bæotij, Phocenses & alij complures: ex altera parte Atheniensibus, quibus se coniunxerant Chij, Lesbij, Platæenses, Corcyrenses & multæ aliæ ciuitates atque insulæ: quarum vtrinque viribus, bellum istud ingens susceptum est, Anno Mundi 3541. in vere, & gestum 27. integris annis ac mensibus aliquot. In eo bello Athenienses primò sexennio feliciter pugnarunt, duce Pericle: Lacedæmonijs Persarum Regem in auxilium sibi vocantibus: decimo verò anno pax inter Athenienses & Lacedæmonios, suasore Nicias Atheniensem duce ad annos 50 mediocribus conditionibus facta est: sed cum vix ad sextum annum esset progressum, varijs hinc inde rebus gestis inter socios, vtrique bellum redintegrare cœperunt. in primis autem Athenienses, instigante Alcibiade, homine inquieto, ambitioso, superbiæ ac luxui dedito. Cæterū cum bellum gerere non auderent manifestè: propter nuper initum fœdus vires suas omnes transtulerunt in Siciliam: Athenienses quidem Egestanis: Lacedæmonij verò Siracusanis opem ferentes: reuerà autem de imperio totius Græciæ inter se dimicantes: pugnatum autem diu est Marte ambiguo. Et Athenienses quidem magna in Siciliam Classe missa ducibus Alcibiade, Nicias, Lamacho, cui etiam interfuit Sophocles Poëta rem serio aggressi sunt: hi verò Lacedæmonij per Agidem Regem obstiterunt, deficiente ad hostes Alcibiade: vnde Attici in Sicilia horrenda clade propè omnes deleti fuerunt, amissò duce Nicias: Lacedæmonij autem fœdere cum Persis facto, illorum sumptibus atque auxilijs valde confirmati sunt. Eares mouit Athenienses, ut misso Thrasyllo duce, contrà Mindarum Lacedæmonium, in mari se opponerent, rebus feliciter gestis: post Alcibiadem

Bellum Pelo-
ponnesiacum.
Pausanias.
Corcyrai.
Dyrrachienses.

Lacedæmonij.

Athenienses.

An. M. 3541.

Pericles.

Nicias.

Alcibiades.

Egestani.
Syracusanis.

Sophocles.
Lacedæmonij.

Nicias.

Thrasyllo.
Mindarus.

Statuae Mercuriales.

dem ducem suū (qui in exilio erat, cùm propter alias cauſſas, tūm quòd vna nocte omnes Mercuriales Statuas deiici curasset (reuo- carunt Athenienses : qui Byzantio recepto Athenas reuersus ho- norificentissimè ab irata quondā patria exceptus est : Remp. quaſ ſatam restituit, & à quadringentis Senatoribus potestatē ad quin- quies mille viros tranſtulit : ipſe cum omni exercitu profectus in mare : vbi non multò pōst, nauali ſuperatus prælio, apud Ephesum in voluntarium abiit exilium : tandem à Satrapa quodam Perſa- rum, iſtinctu triginta Tyrannorum ſublatus.

Callicratides.

Conon.

Lysander.

Athene deleata.

An. M. 3568.

Finis bellū Veloponnes.

Triginta Ty- ranni.

Theramenes.

Pausanias.

Thrasybuli aμνσια.

Conon.

Chabrias.

Pax Antalcide.

Lacedæmonij verè, licet ab Atheniensibus ad Arginusas eſſent vieti, & dux eorum Callicratides cæſus : tamen ope Lysandri viri fortissimi bellum instaurarunt, qui, ſublatis iam Alcibiade & Co- none, aggressus eſt totum exercitum ad Ægospotamon eumque deleuit : pōst Athenas properans: & omnia turbata deprehendēs, vrbem obsedit, cœpit, mœnia deſtruxit, naues Atticas partim ex- uſſit. partim abduxit, denique Athenienses opibus & honoribus ſpoliatos Triginta Rectoribus commiſit Anno Mundi 3568. cum funeſto hoc bello per 27. integros annos ſeſe iuicem exercuiſ- ſent, innumerabili ſanguine humano profuso, multisq; præſtan- tiſſimis ducibus amiffis. Triginta autem Rectors illi : poſteā Ty- ranni facti, in optimos quoſque ſauierunt : cumq; Theramenem, (cateris vt terrori eſſent) ē medio ſuſtuliffent : Thrasybul⁹ magna virtute collectis reliquis exulibus, hinc inde diſperſis, hos quoq; (conueniente Pausania Rēge Laconico) de ſtatu deturbauit : pa- triaq; libertatem reddidit : atque vt omnis generis controuerſiæ vitarentur ἔχοντες ἔχοντες ἔχοντες præteritarum iniuriarum aμνσια ſue obliuionem illam memorabilem ſanciuit : pristinumq; Reip. ſtatum laudabili iſtituto, reuocauit.

Non multò pōst rebus hinc inde variè gestis, paulatim Athenienses Lacedæmoni grum iniurias vltiſunt, per egregios duces Cononem ac Cnidum, & per Chabriam ad Naxum iſſulas : do- nec Perſarum autoritate pax Antalcidæ Spartani opera fuit con- ſtituta. Similiter Thebani, Atheniensium confiſi auxilijs duce Epaminonda, maxim animi viro, Lacedæmonios diu turnis con- fectos bellis adoriantur, ac ſuperiores ſiunt. Sed interueniens A- gesilaus

gesilaus, comparata victoria eos repressit. Thebani repetito bello. Spartam & Regem eius Cleombrotum aggressi sunt denuò, & primum in Leuctris oppido Bœotiæ, propter Scedasii filias à duobus Spartanis adolescentibus per vim constupratas, ac posteà in puteum abiectas: magna clade affecerunt: pòst ad Mantineam maximis prælijs potentiam eiusdem debilitarunt, victoribus Pelopida & Epaminonda qui eodē in prælio fortiter occubuit. Dein apud Athenienses claruit Timotheus Cononis Filius vir fortissimus: hic vrbes, insulas, omnemq; oram maritimam Atheniensibus recepit: cum Lacedæmonijs pacem fecit: marisq; imperium suis restituit. Sed Athenienses deposita armorum gloria, conuersti ad ocium & ludorum apparatus, multam in ijs pecuniam insumperunt. Proinde Macedonum viribus, tum subitò succrescentibus: & Athenienses & Spartani, cum Thebanis (qui hūc usque se inuicem viribus suis Deo puniente eorum scelera, consercerant) vniuersi ipsis cedere coacti sunt: Alexandro Pheræo, & Philippo Macedone tum emergentibus circiter Annum Mundi, 3600. In Italia, interim Galli accersitis Cisalpinorum auxilijs cum & militū robore & viribus essent formidabiles, duce Brennio magno agmine effusi sunt in Italiam, & Clusium obsidione cinxerunt Postquam verò Romanorum legatos de pace compoñenda Clusium missos, pugnantes in acie viderent, relictis Clusinis aduersus Romanos profecti sunt, & iuxta flumen Alliam, aciem eorum, Coss. Fabio ductore, fuderunt. Postea Romam conuersi patentem eam, ac defensoribus destitutam occuparunt, vastarunt, natuque maioribus occisis, incenderunt. Iuuenes autem, qui in Capitolium, duce Manlio, concesserant, eosdem irruptionem in illud facturos, clangore anseris admoniti, prohibuerunt. Superueniens his rebus Camillus exul: sed iam absens Dictator iterum creatus, (qui paulò ante quoq; Dictator & Tribunus militum contra Veios & Faliscos res magnas pro patria gesserat,) sua virtute & prudentia, pòst septimum mensem Gallos vrbem exegit, patriamque ingenti metu liberauit: ex quo alter Romanæ vrbis conditor appellatus est. Tanta autem fuerat trepidatio tum apud Romanos: vt Gallorum vicinitatem metuentes, de sede Ve-

Ageſilaus.
Cleombrotus.
Spartani.
Leuctra.
Scedasi filie.
Mantinea.
Pelopidas.
Epaminondas.
Timotheus.

Macedones.

Alexand. Pheræus.
Philip. Macedon.
Senones Gal. et Germani.
Brennius dux.
Clusium.

Romanæ cæsi ad Alliam.
Roma capta à Gallis.

Manlius.

Camillus.

Veji.
Falisci.

*Aequi.**Volsci.**Hetruscii.**Sicilia.**Dionysius Maior.**Dionysius Iunior.**Ludimoderator.**Philippus Macedo.**Byzantium.**Bella Philippi.**Mors Philippi.**An. M. 3627.**Bellum sacrum.*

ios transferenda consultarent: quod consilium tamen Camillus disturbauit & Remp. erexit, *Aequis, Volscis, Hetruscis, alijsq; populis* finitimis debellatis. In Sicilia (cuius opes iam in Regnum excreuerant) tum quoque magni motus erant. Nam cum Dionysius superior, Tyrannice admodum imperitaret: Chartaginenses ab insula repulisset: & in magnam Græciam conuersus, multis bellis eandem affixisset, tandem insidijs suorum de medio sublatu*s est. At Dionysius Iunior, patri per militum gratiam succedens, cum & ipse nefandis cæribus arderet, luxuq; difflueret intemperantius: Corinthum fugere, ibiç; summa egestate pressus, pueros in vrbe literas docere, pro viçtu parando, coactus est.*

Interea Philippus Rex Macedonum, domestica Epaminondæ institutione. (quo cum obses anteà vixerat) rectissimè formatus cum animaduerteret cæteros populos diuturnitate bellorum exhaustos, rebus gerendis animum adiecit, regnumq; augere plurimum studuit. Proinde rebus domi compositis, alios statim finitos sibi conciliauit, alios magna calliditate sollicitos tenuit, alios aperto Marte aggressus vicit. Hinc ab obsidione Byzantij aduersus Scythes profectus est, eosdemq; fudit: post omni studio rebus Græciae incubuit, & cum Atheniensibus acriter pugnauit, maximè propter Olynthum vrbum: & ad Chæroneam, ubi Athenies & Thebanos magna clade affecit, viçtosque moderatè habuit. Multa quoque alia bella gessit contrà Pæonas, Illyrios, Thraces, Phocenses & vicinos populos. Tandem conuentum agens totius Græciae, cum iam suscipienda Persicæ expeditionis auxilia obtinuisse, resquæ maximas animo agitaret, in nuptijs filiæ Cleopatrae à satellite, Pausania per insidias occiditur, Græcia in maximis turbis relicta Anno Mundi 3627. Eius temporibus gestum quoque fuit bellum inter Thebanos & Phocenses: propter templum Delphicum, quod diripuerant Phocenses, duce Philomelo: unde bellum sacrum fuit appellatum: eò quod donaria & opes sanctis vīsibus in templo isto dicatas, ad auritonnas 60 circiter, Phocenses abstulerant magna cum offensione totius Græciae isti bello post decennium Philippus Macedo cæsis sex millibus Phocensium, finem imposuit: cum dux eorum, Philomelus à Theſſalīs.

salis & Bœotij anteà victus semetipsum de rupe præcipitasset. Sed patri Philippo, mox successit Alexander filius, Aristotelis summi Philosophi præceptis quām optimè instruetus: hic suis ad arma incensis, Græciæque rebus compositis, debellatis Illyrijs, Triballis, Syrmo Getarum Rege victo, & Thebis solo aquatis institutam à patre expeditionem Persicam maximo rerum successu persecutus est. Etenim parua manu, militibusque disciplina optimè institutis, Darium Regem Persarum, cum maximis copijs sese opponentem, post aliquot viatorias, tandem prostrauit. Vrbem Sardes, Miletum & Halicarnassum oppugnauit: Tyrum cœpit: Ciliciam, & Ægyptum perdomuit: Alexandriam condidit. Auctior post amplissimo & opulentissimo Persarum regno factus, Babylonem & Persepolin occupauit: petram Aor non expugnauit: dein peregrinationum Liberi patris & Herculis admonitu, longissimè in Orientem ad Indos usque profectus est: Taxilem & Porum Reges Indicos sibi subiecit: tot interim populis deuictis, tot oppidis conditis, tot monumentis rerum gestarum post se relictis; ut Magni nomen obtinuerit. Inde conuersus in Babyloniam legatus penè totius orbis amicitia secum ineunda audiuit: sed luxui & heluationi vbi indulxit, Cytum, Parmenionem & Philotam meritissimos amicos pertulcentiam interfecit: Iouis filius haberi voluit: libidinibus nefarijs sese polluit: tandem contracta febri ex intemperantia cum largius addibisset, vel (secundum alios) venenum hausisset, in flore ætatis anno 32. extinctus est: rebus maximis per annos 12. in omni varietate gestis, per vniuersum orbem terrarum: ita ut similem sui vix habuerit: & Tertij summi imperij siue Monarchiæ Græcorum auctor fuerit habitus: obiit autem Anno Mundi 3648. Fuit tum temporis & alter eiusdem nominis Alexander, Rex Epiri, qui non minorem gloriam in Occidentis expugnatione animo suo concipiens, res in Italia grandes molitus est: sed non multò postoccubuit. Hac ætate multi viri præstantes doctrina & ingenio passim in Græcia claruerunt: Philosophi, Poëtæ Oratores, Pictores, Sculptores: Euripides, Sophocles, Socrates, Plato, Aristoteles, Isocrates, De-

Alexand. Mag-
nus.
Aristoteles.
Bella Alexan-
dri.

Darius Persa-
rum Rex.
Victorie.

Monarchiater-
tia Græcorum.
Peregrinatio-
nes Alex.

Autoritas &
fama Alex.

Vitia.

Mors.

An. M. 3648.
Alexander
Epirota.

Insignes Philo-
sophi.
Oratores.
Poëtae.

Artifices.

mosthenes, Xenophon, Aristippus, Apelles, Pyrgoteles, Lysippus, Zeuxis, Polygnotus & alij.

*Spurius Mel.**L. Quintius**Cincinnatus.**Leges agrarie.**Praetores Rom.**An. M. 3607.**Ædiles curules,**Cereales.**Consules ex
plebe.**L. Sextius.**M. Curtius.**Bella Roman.
cum viciss.**Fædera cum
Pœnis.*

Romania autem & vicinorum bellis, interim occupati, maximè Samnitum Hetruscorum, & domi inter se quoque contendentes de honoribus, de agris, de fœnore & similibus rebus per Tribunos suos: nonnullis quoque periculis fuerunt expositi. Etenim temporibus istis Spurius quidam Melius regnum in vrbe affectauit: sed hunc vir strenuus L. Quintius Cincinnatus ab aratroad Dictaturam vocatus, iussit interfici per C. Seruilium Halam Magistrum Equitum. Crebræ quoque contentiones fuerunt, ob leges Agrarias, quæ de publicis agris bello acquisitis, in populum diuidendis sæpenumero ferebantur: itemque de Tribunatu & alijs Magistratibus: vnde tum pacis quoque inter ciues retinendæ caussa, Prætores creati sunt: sic dicti quasi Prætores, qui in rebus Ciuilibus actionem dabant vel negabant: quorum erat etiam ferias indicere, & fari illa tria verba do, dico, addico. Lecti quoque sunt Ædiles, qui sacras & publicas ædes viasque curarent, & qui annona præessent, dicti Cereales: vt illi Curules, quod curru veherentur. Plebs ipsa etiam Romæ, cum non ita pridem per Tribunos suos Patriciorum connubia obtinuisse, permota honorum auiditate, Consularis quoque dignitatis ius (magna contentione, repugnantibus patribus) affectauit, & consequuta est: primumq; ex plebe L. Sextium consulem creauit: inde agrorū possidendorum modus, quingentis iugeribus finitus est: & de fœnore minuendo perlatum. Claruerunt tum Romæ Camillus, Seruilius, Posthumius, Papyrius, Fabius Maximus & alij insignes Romani. Eodem tempore M. Curtius, nobilis Romanus obsequutus oraculo, in patentem vrbis voraginem, equo armisque instructus, pro salute patriæ, & ad expiandam grassantem pestilentiam sese præcipitauit. Ac licet multi finitimi Populi Italie tum Romanis propter vrbis incrementum, continenter infesti erant: Pœni quoque non rarò eos premerent: tamen illi magna semper virtute ex omnibus istis difficultatibus sese extricarunt, partim faciendo pacem, vt cum Pœnis: partim domi leges ciuiiles constanter ac religiosè seruando: partim foris militarem disciplinam

ciplinam tenendo. Vnde sub illud idem tempus T. Manlius, Galum quendam eximia corporis magnitudine armisque insignem vicit in Monomachia eiq; torquem cruore respersum abstulit, & collo suo circumdedit, atq; inde Torquatus dictus est. quem imitatus est M. Valerius nobilis Romanus, qui itidem Gallum feroci- entem singulari certamine obtruncavit, adiutus à Coruo, qui in pugna, os oculosque hostis rostro & vnguis appetere non de- sijt, donec ille cecidit. Eadem tempestate Titus Manlius in bello aduersus Latinos, cum filius eius contra edictum & extra ordi- nem pugnasset cum Geminio Metio, viro inter Latinos claro: ut assereret disciplinam militarem & autoritatem officij sui, filium, licet victorem sibiq; charum, securi à lictore percussum, vita pri- uauit. Pub. item Decius tunc laborantibus Romanis, cum Man- lio Coss. pro exercitu semetipsum deuouit: ac equo concitato, cum in medios hostes sese intulisset, voluntaria morte suis victo- riā restituit: Latinos verò ad deditōrem coēgit, quod idem in bello Gallico fecit Decius' Filius: seque ipsum deuouens ad Clu- sium in medios hostes, Gallos atque Samnites intulit eosdemque feliciter profligauit Anno Mundi 3677. Eodem tempore Papy- rij & Fabij, tumultuantes Samnites cum alijs vicinis magna vir- tute multisque prælijs, vastata eorum regione, compresserunt: viginti quatuor inde triumphis reportatis: in quo tamen ipso bello Samnitico (quod durauit annos 71.) Romani cladem aliquoties etiam passi, maximè apud Caudinas furcas, & iterum sub Consu- le Fabio Gurgite sed virtute sequentium consulum, & in prīmis constantia M. Curij (qui aurum Samniticum sibi oblatum, ad fo- cum sedens & coquendis rapis vacans repudiauit) hostes Samni- tæ, vna cum socijs tandem penitus deleti sunt Anno Mundi 3700. ante portam Collinam urbis Romæ Sylla ultimum ipsis exitium afferente.

Mortuo Alexandro Magno, amplissimum eius Imperium, vt partum celeriter maximis laboribus: ita maxima dissensione, ipso Alexandro prædicente, diuersas in partes scissum atque diui- sum fuit. Etenim Ducibus eius atque exercitu de successore Regni eligendo inter se dissentientibus, licet fratrem Alexandri,

T. Manlius
Torquatus.

M. Valerius
Coruinus.

Manlij seueri-
tas.

axi Codinacij.
P. Decius pater.

P. Decius Fil.

An. M. 3677.
Papyrij &
Fabij.

Bellum Samni-
ticum.

Caudinae furca.

M. Curius.

An. M. 3700.
L. Sylla.

An. M. 3648.

Dissensio Mo-
narchie Alex.
Mag.

Aridæum Phi-
lip.

Ptolomæus La-
gi R. Ægyptu.

Antigonus

Asia

Antipater

Macedonie.

Selenus Syriæ.

Cassander.

Olympias Ale-
xand. M. ma-
ter.

An. M. 366 r.

Demetrius.

Cypru.

Turba in Re-
gnu Alex. M.

Macedonia.

Syria & Asia.

Antiochi.

Ægyptu.

Ptolomei.

Galli.

Aridæum (postea Philippum dictum) haberent: tamen præter nū-
dum Regis nomen nihil ei reliquerunt: ipsi autem inter se Re-
gnum in quatuor partes diuiserunt: & administrandum suscep-
runt: Ptolomæus Lagi scilicet, Ægyptum: Antigonus Asiam An-
tipater Macedoniam: Seleucus Syriam & Babyloniam. Antipa-
tro autem mortuo, Cassander filius eius Græciæ bellum intulit:
Athenas occupauit, illisque Demetrium Phalereum pra fecit:
Olympiadem Alexandri matrem occidit: Macedonia vastata
Roxanem cum filio Álexandro interfecit: Thebas reparauit. An-
tigonum Eumenem captum trucidauit, & Europam cum Mace-
donia sibi totam attribuit. A M. 366 r. Quatuor isti Duces post-
ea semetipos Reges appellarunt secuti exemplum Demetrij, filij
Antigoni: qui cum Ptolomæum nauali prælio vicisset, & regno
Cypri potitus esset, regio diademe atque titulus vñsus est. Hac
diuisio maximorum deinceps bellorum causa fuit atque origo.
frequenter enim expulsiones exilia, cædes rapinæ aliaq; id gene-
ris incommoda audita: ita ut nihil magis perturbatum, aut vio-
lentum toto orbe extiterit successoribus illis Alexandri Verùm
paulatim Romanorum viribus ad summum perductis, fracti sunt
omnes atque conciderunt. Nam Macedonia Regem vndecimum
& ultimum, Paulus Æmylius Consul R. manus cepit & in Tri-
umphum duxit finemque huic Regno imposuit A M. 3804 Sy-
riæ autem & post Asia Regnum variè dilaceratum & exagitatum
fuit: donec quoque ultimus Antiochus R. (cum Tigranem Ar-
meniæ Regem accersiuisset in regnum) tandem & suum & Syriæ
Regnum, Pompeio Magno relinquere coactus est. An. M. 3906
Posteaquam Antiochi multi in hoc regno grassati fuerunt: præ-
sertim in Iudæos & legem atque instituta Mose & Prophet. An-
tiochus Epiphanes siue Epimanus. Ægypti porrò Reges (plarie-
que dicti Ptolomæi) usque ad Cleopatram, partim à Romanis de-
fensi partim in ipsorum potestatem penitus tandem redacti sunt:
Augusto Cæsare cogente Antonium Cleopatrae maritum sibi ipsi
manus afferre: Cleopatram vero morsu serpentum perire, An-
no Mundi 3942. Rex interim Bithyniæ usus Gallorum ope aduer-
sus hostes suos, longè lateque Asiam vastantibus, ducibus Brenno-
& Bel-

& Belgio, sedes illis suo in regno concessit: vnde regio à mixtis Græcis atque Gallis dicta pòst fuit Gallogræcia & Galatia. Romæ orta graui pestilentia. Æsculapius ex Epidauro Insula viui serpenti specie, allatus, eique nouum templum constructum est. A. M. 3681. Tarentinum temporis impetu in legatos Romanorum, per temeritatem petulantiamq; factò, graue bellum suscitarunt: sed cum Romanis viribus impares sese animaduerterent, Pyrrhus Epirotarum Regem, ducem strenuum & magno instructum exercitu, optimaq; disciplina commendatum, Romanis opposuerunt: qui primum insolito Elephantorum aspectu, territos illos, apud Heracleam profligauit: sed ijsdem pòst maioribus viribus redintegrantibus prælium: virtute Curij & Fabricij & Appij Claudij Cæci (qui nulla vi, nullo auro, nullis præmijs aut promissis sese ad pacem flecti aut cotrumpi patiebantur) Pyrrhus retrocedere coactus est, tribu, magnis prælijs cum Romanis commissis: postea quam neque gratuita captiuorum restitutione, neque excellenti Cyneæ oratoris sui eloquentia, (qua plures vrbes sese antea expugnasse, quām armis gloriabatur) quicquam proficeret. A. M. 3693. Proinde idem Pyrrhus omni spe Italij obtinendæ deiectus, (cum iam illa partes Romanorum penitus sequeretur, tot victorijs & opimis spolijs Romam deportatis) in Siciliam se contulit, & regnum amplexus, Chartaginenses Insulam illam infestantes, cohibuit, ibique latè victor, Rex salutatus est. At inde excedens, cum Argos profectus esset, icta tegulæ à fœmina ibi deiecta, miserè perijt. Hoc hoste sublato: Romani & Chartaginenses, qui militia illa cum Pyrrho, bellicam orientis armorumque eius disciplinam acceperant: fuscitata inter se æmulatione, hostiliter diu sese inuicem exercuerunt: adeò vt vix vnquam vllæ ciuitates, viribus opibusque potentes, arma tam infesta contulerint. Chartaginenses callidi & versuti habebantur: Romanos commendabat fortitudo, constantia, laborumque patientia. Intermedia vtrisq; erat Sicilia, cuius (ceu horrei boni & cellæ penuariæ) obtinendæ cupiditas in magnum hoc certamen eos adduxit. Accedebat tum Messana, fœderata Romanis ciuitas, quæ de Chartaginem in iuriâ conquerebatur. Itaque (orto primo bello Punico, quod à Pœnisi

*Gallogracia.**Æsculapius
Romam de-
latus.**Tarentinum
bellum.**Pyrrhus Epi-
rota.**Cyneas orator.**Sicilia.**Pyrrhimors.**Bella inter
Chartaginenses
& Romanos.**Sicilia.**Messana.**Primum bellum
Punicum.*

*An. M. 3708.**Hiero Syracus.
Rex.**Appius Clau-
dius.**Prima Clas̄is
Romanorum.**Cn. Duillius.**Hannibal Se-
nior.**An. M. 3711.
M. Attil. Re-
gulus.**Ægeates Insu-
le.**C. Lucretius.**Hamilcar.**Sicilia prima
Rom. provin-
cia.**Iani templum
2. clausum.**An. M. 3738.**Bellum Ligu-
sticum.*

Poenis siue Chartaginensibus ita dictum est Anno Mundi 3708.) Romani contrà Chartaginenses Hieronem Syracusanorum Regem, missis auxiliaribus copijs, duce Appio Claudio Consule, Chartaginenses vicerunt, ac pacem petere coegerunt: primò tūm egressi extra oram Italiæ. Deinde comparata magna classe, primū tum etiam mare ingressi sunt Romani, nauali certamine cum Chartaginensibus pugnantes, Cneo Duillio Consule: & prima eius victoria signa reportarunt, in quo bello Annibal senior, vix per fugam elapsus & ad suos reuersus, in crucem actus est, ob rem male gestam. Interim M. Attilius Regulus, cum tanto rerum successu traieceret in Africam, & serpentem inusitatæ feritatis ac magnitudinis superasset, obsedit Chartaginem, & circum circa latè victor, poste à de pace rogatus, cum respondisset superbius: à Xantippo duce Lacedæmoniorum, qui in auxilium Chartaginensibus venit: viuus capitur, occisis Romanorum triginta millibus. De pace autem remissus in patriam & de permutatione captiuorum vt ageret, cum ipse eam non suaderet: redditum verò hostibus esset pollicitus iure iurando: sanctè illud seruauit, & reuersus est, extremo suo cum discrimine. Etenim Chartaginenses receptum Regulum, suppicio exquisitissimo, nimirum reseratis palpebris & conuersis ad Solem oculis, (cum eum inclusissent Machinæ, in qua vndique præacuti eminebant stimuli) doloribus vigilijsque perpetuis necarunt. Ob quam crudelitatem Romanî longè fortius, quam anteà, Chartaginenses bello aggressi sunt, & de Sicilia deturbarunt primù: post ad Ægeates insulas ita compresserunt, Consule C. Lucretio feliciter rem gerente: ut iam Cartago in mari capta & deleta crederetur. Sed pacem cum peteret Hamilcar (qui patriam viribus exhaustam videbat) salua mansit: Sicilia autem Iuris Romani facta, prima fuit prouincia, in quam Prætor Romanus mitteretur, & sic primum bellum Punicum finitum: Iani templi porta, secundò à Numæ temporibus, per se clausa est: Anno Mundi 3738. cùm continuis annis 23. bello se utrinque fatigassent Romani & Chartaginenses. Sed populus Romanus impatiens ocij, conuerit se à Poenis, ad Ligures, propter locorum asperitatem, aditu difficiles: itemque ad Insubres

Insubres Gallos atq; Illyrios, quibus mulier Teuca tum imperabat: varioque successu aduersus illos omnes vtitur, occiso in primis Gallorum duce Viridomaro: quod audientes Chartaginenses, receptis animis & viribus maluerunt omnem experiri fortunam potius, quam Romanos victores pati. Proinde ab Hispania (cuius imperium Chartaginenses primum appetiuerant) repetita fuerunt belli maximi grauissimique primordia, & secundum bellum Punicum conflatum Anno Mundi 3754 Hannibal enim Hamilcaris filius, à patre iuramento in odium Romanorum adactus, statim traiecto amne Ibero, contra fœdus, Saguntum oplentam urbem, Romanis fœderatam, fame expugnauit, ciuibus hostium aspectum fugientibus & collatis in unum omnibus facultatibus suis, cum vxoribus & liberis subiecto igne sese vltro perdentibus. Hannibal relicto fratre Asdrubale cum pugnacissimis copijs, Gallias peragrans Romanos, transitu se impedire coantes, auertit: post Alpibus fuso acetō ruptis (quæ inde à Pœnīs Pœnīnæ dictæ sunt) in Italiam venit, & cum Romanis atrocissima prælia quatuor commisit, ad amnem Ticinum: ad Trebiam fluuium: ad Thrasimenem lacum, vbi cæsa fuerunt quindecim millia Romanorum: & tandem ad Cannas, vbi quadraginta milibus Romanorum occisis, detractos Equitum & Senatorum aureos annulos (quorum tres modij fuisse dicuntur:) Chartaginem misit, & versus Romam progressus, obsidione aliquandiu eam tenuit: sed tempestatum iniurijs repulsus, discessit in Campaniam, interueniente Dictatore Q. Fabio Maximo: qui data optione pacis & belli: suscepit bellum, & iuueniliter exultantem Hannibalem cunctando sustinuit aliquandiu, fregitque. Verum cum in agro Capuano, fertili admodum, luxuriaretur Hannibal: nec rei gerendæ incumberet: Romani facultatibus in publicum collatis: armis itidem animisq; receptis, virtute Marcelli Consulis, eum repulerunt: post etiam mora Q. Fabij (qui inde cunctator & imperij scutum nominatus est) vehementer attruerunt: Capua verò & Tarentum in potestatem Romanorum denuò redacta sunt. Marcellus interim Siciliam omnem, captis Syracusis, (quas solertia sua Archimedes Mathematicus diu mirabiliter defen-

*Bellum Illyri-
cum.
Teuca Reg.
Bellum Gallic.
Viridomarus.*

*Secundum bel-
lum Punicum.
An. M. 3754.
Hannibal.
Saguntus.*

*Saguntini
spontè pereunt.*

*Alpes Pœninæ
Hannibalis &
præl. in Ital.
Cannensis cla-
des.*

*Q. Fab. Maxi-
mus.*

*M. Claudius
Marcellus.*

*Syracusa.
Archimedes
Mathem.*

Gracchus.
Scipiones.

Chartago noua
An. M. 376 r.

Scipionis con-
tinentia.

Politica pru-
dentia.

Siphax Num.
Rex.

Hadrubal.

Zama.

Scipio Africa-
nus.

Ingratitudo
Romanorum.

Antiochus.
Bellum Antio-
chin.

Aetoli.

L. Cornel. Sci-
pio Asiaticus.

An. M. 379 r.
Bellum Philip-
picum.

Athenienses.

T. Quintius
Flaminio.

derat) sibi subiecit. Gracchus Sardiniam occupauit: Publius vero & Cornelius Scipiones fortissimi duces in Hispaniam missi, oc-
cubuerunt: quibus successit non minori virtute, Publius Scipio filius Anno Mundi 376 r. Hic postquam Cartaginem nouam Hispaniæ, Pœnorum præda opulentam, cœpit: omnem ferè Hi-
spaniam reliquam ad partes Romanorum traduxit: Allucij spon-
sam formosissimam, ad se adductam, inviolata pudicitia cum au-
ro multo ad sponsum remisit: & non tam virtute bellica armisq;,
quam Politica sapientia, animi moderatione, ac benignitate Po-
pulos illos infestos sibi adiunxit. Profectus etiam in Africam,
Siphacem Numidiæ Regem cecidit, & Asdrubalem iungere sese
volentem cum fratre Hannibale prohibuit atque fudit: vnde
Hannibal domum reuocatus, & in vniuersum ab Italia remotus
est: cumque denegata pace, cum Scipione ad Zama in feliciter
conflixisset, amissio penè toto exercitu, pax iterum potentibus
per Legationem Chartaginensibus concessa fuit, & Scipioni no-
men Africanicum triumpho datum est: & sic finis quoque im-
positus secundo bello Punico, quod duravit annos 17. in quo Q. Fa-
bij & P. Scipionis virtus enituit maximè: sed tuncque à Tribunis
pl. accusatis, eam post reportauit mercedem, quam mundus benè
merentibus perpetuò solet rependere. Hannibal interim fugi-
ens Ephesum venit: inde sollicitato Antiocho, totius Orientis ar-
ma aduersus Romanos concitare & transferre conatus est. sed
Romani non solum instructissimas Antiochi copias vna cum so-
cijs Aetolis primum ad Thermopylas, latè profligarunt: sed etiam
eundem misso L. Scipione consule, vniuerso cum exercitu, ad
Magnesiam oppressum: fugatumque Asia regno in vniuersum
exuerunt An Mundi 379 r. Scipio inde Asiatici nomen, vt ante à
frater Africani, reportauit. Paulò antè Philippus quoque Mace-
donum Rex, præsentiens Romanos confectis bellis Punicis, in
Orientem arma translatueros, suam stabilire potentiam conatus
est: & Athenienses aliosq; Græcos grauissimè pressit. Sed hi im-
petratis à Romanis auxilijs, due T. Quintio Flamminio ad Cy-
noscephalos fuderunt Philippum, in regnum repulerunt, Græ-
ciæq; libertatem conseruarunt publico præconio pace in Olympijs.

pijs declarata. Abydeni tum obfessi à Philippo , vbi nulla spes salutis superfuit amplius, cum liberis & vxoribus semetipsoſ interfecerunt: vt paulò antè Astapenses in Hispania, vrgente Scipione, itidem perierunt. Philippus dum reparat nouas copias, moritur: sed filio Perseo hoc institutum suum reliquit aduersus Græcos atque Romanos: at hi factis cum eo prælijs aliquot, tandem missō L. Æmilio Paulo, captum eundem cum vxore in Triumphum ducent Æmilius, omni Gaza Macedonum potitus, tantum pecunia in ærarium Romanum inuexit, vt Tributorum omnium finem populo Romano, vno die attulerit : in suam domum nihil aliud, quam nominis memoriam reportans: laudabili continentia ad omnem posteritatem exemplo. Iterum verò Andrisco Regnum Macedoniæ repetente, & bellum instaurante, Romani & hunc fortissimè compresserunt, terque subactam Macedoniam in provinciam redegerunt, & totius Asiac aggrediundæ quasi portum quendam sibi patefecerunt Anno Mundi 3804. Chartaginenses autem nihilo segnus interim suum vrgent institutum, omniaque extrema contra Romanos moliuntur: ideoque non multò post, specie quidem aduersus Masinissam regem Numidarum: at reuerrà contra Romanos bellum instaurant: quod fuit, tertium bellum Punicum Anno Mundi 3823. Sed hi missō Scipione Æmyliano, superioris nepote, felicissimè hostes fundunt, & tandem Chartaginem in potestatem suam redigunt, vrbemq; ingentem, populosam & tot annis æmulam Romani imperij vastant, incendioq; xvi dierum, Catone potissimum suadente & augurante, funditus delent. Anno Mundi 3826. Hannibal autem, fax totius belli, ne cogeretur venire in manus Romanorum, hausto vene- no, in exilio extinctus est.

Iudæi (constituta iam noua Imperij fama in noua vrbe & novo Templo Hierosolymis, videlicet potestate Pontificum & Du- cum, quibus etiam mixtifuerunt Reges, Asmonæi dicti) circa illa tempora præter magnas superiorum temporum calamitates, à vicinis quoque grauissimis iniurijs premuntur. Nam licet Persæ magno beneficio eos patriæ restituissent: Alexander quoque Magnus, in honore ipſoſ habuisset: tamen successores eius ad-

Abydeni.

Astapenses.

Mors Philippi.

Perseus R.

L. Æmil. Paulus.

Tributa Romæ sublata ex pre- diis Macedon.

Andriscus.

Bellum Puni- cum III.

Masinissa.

An. M. 3823.

Chartago de- leta.

An. M. 3826. Hannibalis interitus.

Iudeor. Ponti- fices & Duces. Reg. Asmonæi.

Antiochi Epiphaniis furor.

An. M. 3798.

Mathathias.

Iudas Macchabæus.

Septem fratres Iudei cum Matre. Ionathas.

Simon. Hyrcanus.

Sectæ Iudeorum.

Ptolomæus Lathurus.

An. M. 3856. Romanis.

uersus Iudæos fuerunt iniquissimi. Proinde & ipsi ad arma conuersi sunt: ac primùm quidem Antiocho Epiphani sese opposuerunt Anno Mundi 3798. Propterea quod is, per auaros & ambitiones Pontifices, maximè Iasonem & Menelaum, ingressus urbem Hierosolymam eam spoliauit: templum diripuit: vasa sancta, vna cum Talentis mille octingentis abstulit: hominum in urbe circiter octuaginta millia, tridui spacio trucidauit: Idolum Iouis Olympij in templo collocauit, & adorari iussit, captiuos multos in Syriam abduxit, & nullum non sauitiæ ac vastationis genus in miseram gentem exercuit. Vnde Mathathias quamuis sacerdos & priuatus, iusta aduersus Antiochum Epiphanem arma induit furorem eius repressit: patriam legem defendit: & post mortem quoq; filios suos quinq; & ipsos fortissimos viros, ad seruandam summi Dei legem piè cohortatus est: è quibus cæteris præstantior Iudas Macchabæus cognominatus, principatu Macchabæorum initium dedit & maxima in armis virtute. Remp instaurata disciplina, rex itaque conseruauit: Encœnia recuperati templi celebrauit: multaque alia Heroica facinora patrauit. Singulare tūm obseruantia legis Dei documentum dederunt filij illi septem in matris conspectu, quos acerbissimis supplicijs, Tyranus Antiochus abducere à cultu suo conatus est. Iudæ successit Ionathas, qui ictum cum Romanis fœdus renouauit, & Spartanos ex Abrahami semine progenitos sese dicentes, in mutuam amicitiam recepit. Eadem Simon frater, & huic filius Hyrcanus suffici fuerunt, ac populum suum vna cum Religione eiectis Idolis ac peregrinis nationibus contrà finitimarum iniurias tutati sunt: donec sub Iohanne Hyrcano ortis varijs sectis, in primis Phariseorum, Sadduceorum & Essæorum, corruptus iterum fuit cultus Dei, & populus Iudaicus vicinorum iniurijs expositus, inter quos Ægypti Rex Ptolomæus Lathurus Iudæam vastauit: triginta hominum millia occidit: matres cum infantibus trucidatas in frusta disseciuit: elixatos quoque & coctos alias, alijs vendendos obiecit: immanem in Iudæos sauitiam exercens Anno Mundi 3856.

Romanis autem, postquam bella Punica, tanta virtute & felicitate confe-

confecissent, omnes iam terræ omniaque maria patuerunt: quod dolentes, reliqui populi, nouas subinde molestias illis crearunt: cumq; Corinthus inter cetera, caput totius Achaiæ, Romanorum legatos tum contumeliosius tractasset: à L. Mummius consule, funditus incendio deleta est: oppresso duce Critolao: ex quo in cendio æs Corinthiacum conflatum, quo victor Mummius Italiam ferè totam locupletauit: ipse sibi non reseruans tantum, vt proprijs pecunijs filias honestè posset elocare: sed senatus libera litate ea in re opus habuerit. Sterit autem vrbs opulentissima annis 952. donec Dæo flagitia & scelera eius puniente, à Romanis expugnata, exusta & funditus deleta est Anno Mundi 3926. frustra eam instaurante & exornante Iulio Cæsare: cum adhuc hodie Turcico Tyranno seruire cogatur, aliquoties capta & vastata: Carantho vel Gardos ab ipsis appellata. Hispani quoq; tūm magno militum numero sese Romanis opponebant, confisi robore Cel-tiberorum: sed & hi latè ab illis fusi atq; oppressi fuerunt. Viriatu-s quoq; ex pastore venator, inde latro, mox iusti Dux exercitus factus, & Lusitanorum viribus confirmatus copias Romanorum vehementer tum quoque afflixit: & per annos 14. frequentissimè victor, Romanos in armis tenuit. pòst à suis occisus. circiter Annum Mundi 3825. Surgebat & alter Romani imperij terror post Chartaginem, Numantia, vrbs potentissima Hispaniæ, quam Cel-tiberi tenebant & grauissima cum Romanis ex ea bella gesserunt. hanc cum videretur Senat. pop. Rom. eiusdem operâ, qui Cartaginem deleuerat, compescere: iccirco missus P. Scipio Afric-anus, restituta militari disciplina, Numantinorum vires fregit, vr-bem cœpit atque euertit, viætriciaq; signa ad vsq; Gades transtulit, 14. post Chartaginem deletam anno: vbi admiranda venit hosti-um Numantinorum pertinacia simul & sauitia: quòd post obsi-dionem 14 annorum partim fame, partim ferro, partim igni, par-tim veneno ita semetipsos vnà cum vrbe confecerunt: vt ne vnus quidem superesset, qui à viatore Æmyliano, Romanam in tri-umphum duci potuerit Anno Mundi 3832.

Orientis res turbauit tum hereditas Regis Attali: cum Ariston-icus audacter sese eius successorem faciens, Romanis molestus

Corinthus
Achaei.
L. Mummius.
Critolao.
Continentia
Mummijs.

An. M. 3926.

Carantho.
Gardos.
Hispani.
Celtiberi.
Viriatu-s Lusi-tan.

An. M. 3825.
Numantia.

P. Scipio Afr.
Gades.

Numantinoru-m
pertinacia.

An. M. 3832.
Aristonicus.

M. Perpenna.

*Bella Romano-
rum circiter
An. M. 3850.*

*Grachorum se-
ditio.*

*Salij.
Massilia.*

*Allobregicum
bellum.
Aruerni.
Hedui.
Bituitus.
Domitius &
Fabius.*

An. M. 3861.

*Bellum Balear.
& Thracic.*

*Bellum Iugur-
thinum.*

*Micypsa &
filij.*

*Calpurnius &
Metellus.*

*Bochus Mauri-
tanæ Rex.
Iugurtha in-
teritus.*

Numidia.

*Bellum Cim bri-
cum & Teuto-
nicum confe-
ctum.*

An. M. 3870.

esse inciperet: sed rebus cum eo vario successu agitatis, tandem M. Perpenna fœdatis veneno aquis, victoriam Romanis, sed turpem retulit: Aristonico in carcere occiso. Cum Dalmatis quoque Illyrijs & Thracibus & seruis multis conspirantibus in Sicilia: Gallæcijs item & alijs, per Consules Romanos bella tūm foris gesta sunt, vario successu. At in ipsa vrbe Roma, cùm iam luxui & ambitioni omnia essent obnoxia, & Italicus ager totus à potentioribus occuparetur: Tiberius Gracchus Tribunus, vir disertus, Agrariæ legis suasor, vñā cum fratre Graccho alijsque socijs coniurationis, graui seditione inter plebem & equestrem ordinem mota, Remp. concussit: & in discrimen vltimum adduxisset, nisi virtute cæterorum è medio sublatus fuisset. Foris quoque Salij, fœderatam Romanis urbem Massiliam, exagitabant: proinde & ipsi primi cis alpes populi, Romanorum arma senserunt. Mitteruntur etiam Domitius & Fabius Maximus aduersus Allobrogas, gentem in armis exercitatam & Aruernos, qui Heduis Romanorum socijs erant infesti: è quibus Domitius Bituitum Aruernorum ducem in triumphum Romam duxit: Fabius autem Allobrogici nomen ab illis deuictis retulit: vnde acerbissimum inter illos populos & Romanos odium excitatum fuit: adeò vt non definibus amplius aut de imperio: sed de vita atrocissimè inter se dicimarent. Emerit tūm præter bellum Balearicum & quod cum Thracibus gestum est, etiam alijs Romanorum hostis in Africa, Iugurtha, homo callidus & versutus, qui cæsis filijs Micypsa regis Numidarum, Adherbale & Hiempsele (quibus cùm tamen hæres regni scriptus fuerat) fortiter Romanis, defendantibus socios suos, sese opposuit: contrà hunc missi Calpurnius & Metellus Consules, primò vires eius vtcunque minuerunt: sed tandem C. Marius, eundem aliquot prælijs victum, cum Bocho rege Mauritano, filijsque duobus captum Romani in triumphum adduxit, postea laqueo vita in carcere priuauit. Regnum verò Numidiæ populo Romano subiectum est. Eādem tempestate Cimbri atq; Teutones magna multitudine à Septentrione progressi, nouas sedes querebant in Italia: sed cum Romani agros illis dare recusaserint, excursionibus eos grauissimis exagitarunt, & magnis sæpè cladibus

cladibus affecerunt, multis subinde Romanorum ducibus, ut Cæpione, Manlio, Cassio, alijsque succumbentibus. Aduersus hos igitur missus C. Marius Dictator, magno animo cum exercitu profectus est: erecta tūm primum Aquila, quæ adhuc signum est Romani imperij, & Cimbros ingenti virtute pugnantes, (femini quoque eorum ad extremum Romanis sese opponentibus,) oppressit: cæsis ad aquas Sextias, & alibi propè trecentis milibus Germanorum: secundum Florum & Eutropium ex quo Marius; Romanvrbem ingenti metu, cum liberasset, non solum triumpho: sed & cognomento honorificentissimo donatus est à populo: vt tertius à Romulo & Camillo vrbis conseruator nominaretur. Dum hæc Romæ geruntur, & seditio Apuleiana, bellumque seruile secundum: vt & Marsicum, cum seditione Drußiana alibi sedantur, & fœdus cum Parthis initur: Orientem diversa ex parte insidijs, cædibus, fraudeque populatur Rex Ponti Mithridates: electus in spem totius Asiae atque Europæ occupandæ. erat enim vir potens, consilio, opibus & armis, qui linguis viginti duas calluit: & Medicinæ scientiam professus, Antidotum illud celebratissimum reperit, quod adhuc hodie Mithridaticum dicitur. Hic interemit vna die, vnaq; Epistola, octoginta millia ciuium Romanorum per Asiam passim negotiantum: Legatum Romanorum M. Aquilum, & proconsulem Q. Oppium circumuentos vita priuauit: insuper Græciam inuasit. & Athenas cœpit. aduersus hunc, cum L. Syllam ducem, populus Romanus deligeret, isque feliciter rem gereret, Athenis recuperatis: ægrè id ferens C. Marius, Rempub. turbare cœpit adiuuante Sulpitio. quod audiens Sylla, celeriter cum exercitu Romam reuersus, ciuile bellum difficile & cruentum suscitauit, Marianumque expulit: qui rursus in Africa comparatis copijs, Syllanas partes multis cædibus grauiter oppressit Romæ, vnâ cum Cinna collega suo. Hic Sylla iterum reuocatus, pace facta cum Mithridate Romam redijt, & similiter Marianas partes, atrocissime vlciscitur: pulso Mario, qui in exilio interijt, reliquis socijs dissipatis partim, partim ad violentam mortem adactis. Ex hac victoria insolentior factus Sylla: cum non solum cædibus, verùm etiam proscriptio-

C. Marius.

Aquila primū
facta signum
Imperij Roma-
ni.Cimbri & Ger-
mani cæsi.

Aqua Sextie.

Marius tertius

Pater patriæ.
Seditiones &
belli seruili.

Initium belli

Mithridatici.

An. M. 3884.

Mithridates.

Antidot. Mi-
thridaticum.Res gestæ Mi-
thridat.

L. Sylla.

Bellum ciuile
inter Marium
& Syllam.

An. M. 3854

Sylla Felix Di-
ctator perpet.

Interitus Syllæ.
Decem Praeto-
res Roma.

Sertorius.

Bellum Hispa-
nicum.

Metellus.
L. Lucullus.

Tigranes Arm.
Rex.
Cyzicus.

Bella Seruilia
& Piratarum.

Bellum Creti-
cum.

Mithridatis
interitus.

Cn. Pompeius
Magnus.

Hyrcanus &
Aristobulus.

prōscriptionibus ciuium, omnia impleret : quorum propemodo quinque millia perierunt. Tribunitiam quoq; auctoritatem minueret. Dictaturam perpetuam meditaretur, Felix cognominari vellet : tandem & ipse odio extremo laborare cœpit, ac deposito imperio, Phtirias si perijt : Decem posteà Prætoribus Romæ creatis. Interim Sertorius quidam, profugus, ob Syllanas tabulas & Hispanicis armis confirmatus, Romanos graui bello exercet. contra quem missi Metellus atque Pompeius, aduersa sāpē prælia fecerunt : sed tandem Pompeius desertum illum ac proditum à suis, sustulit. Intereà Mithridates maioribus comparatis viribus resurgit : cui opponitur L. Lucullus vir magni ingenij & prudentiæ, qui variè agitatum Mithridatem, tandem in Pontum fugere coegerit : regionem illam clausam hucusque Romanis iterum patefecit : Tigranem Armeniæ Regem generum & socium Mithridatis, vñā cum ipso Mithridate ad urbem Cyzicum fudit atque fugauit.

In Italia gliscebant adhuc sociorum discordiæ & bella seruilia, non minus infesta & formidolosa, quam hostium longinquæ excusione : Piratis quoque omnem oram maritimam vastantibus, & Cretensibus tumultuantibus: vnde bellum Piraticum & Creticum tūm emersit sed his omnibus malis opponitur Cn. Pompeius felicissimus bellator, qui diuisis copijs Prædones per omnia maris ostia celeritate maxima cœpit, aliaq; mala ingruentia compescuit: succedens quoque in Asia L. Lucullo, aduersus Mithridatem res maximas gessit, eundemque, coorta inter milites eius seditione, eò angustiarum redigit: vt venenum hauserit, omnique metu pop Romanum liberauerit: Tigranem autem generum eius supplicem factum in regno confirmarit, & grauissimo isti bello, quod durauit annos 45. finem felicem imposuerit: ipse ob rerum gestarum magnitudinem Magninomen consecutus. Inde memor Bacchi, Herculis & Alexandri expeditionum, idem Pompeius latissimè iam victor, totum Orientem cum exercitu peragrauit, inque Iudæam veniens eodem tempore, quo fratres Hyrcanus & Aristobulus inter se dissiderent, arbiter factus: Hyrcanum in administratione regni Iudaici, Aristobulo prætulit, captaque

que Hierosolyma & profanato templo, Aristobulum Romam secum abduxit: urbem ipsam tributariam fecit. Erant autem illi Alexandri filij Principis Iudæi, qui filius superioris Aristobuli, cui primum diadema Regium fuerat impositum. His rebus omnibus peractis, & Mithridatico bello iam confecto, Asia iuris Romanii facta est prouincia: & Parthi Romanis confœderati facti fuerunt, nihilque iam præter Indos Romanorum ignorabat imperium circiter Annum Mundi 3894. Verum cum spreta virtute ciues Romani, paulatim luxu, auaritia, ambitione, voluptatibus, alijsque vitjs diffuerent, ut rebus secundis fieri solet: mali mores in urbem introducti sunt, & factiones variae concitatæ: ex quo non solum Gladiatores Lentuliani, qui Capuae fuerunt, Romanis bellum intulerunt, duce Spartaco, quos tamen M. Licinius Crassus penitus deleuit, circiter Annum Mundi 3909. sed etiam Patricij & alij magni in Repub. viri, cum per luxuriam & libidinem bona sua prodegerint, nefaria & horrenda consilia agitarunt, quæ tandem L. Sergio Catilina autore, in neruum eruperunt, Anno Mundi 3900. circiter Hic enim spe occupandæ & opprimendæq; Reipublicæ accensus & repulsa Consulatus exagitatus, laborans egestate pariter, & pluribus alijs deterrimis vitijs, cum flagitiofissimis hominibus, in primis Lentulo Prætore, nefario ausu conspirauit, & epoto humano sanguine, optimos quoque ad necem, urbem verò cum ærario ad rapinam vastationem incendumque animo toto destinauit. Huic occurrentis magna virtute, prudenter atque vigilantia, Consul istius anni M. T. Cicero, vir eloquentissimus, multiplices eius conatus prudentissimè patefecit: coniuratos per indicium Fuluiæ meretricis partim comprehendit, & sententia Catonis in carcere strangulare curauit, ut parricidas: partim urbe cedere coegerit: maximoque metu, omnem liberavit Rempub. ex quo & Pater patriæ dici à Populo Romano meruit. Catilina verò, socijs coniurationis extremo iam supplicio affestis, foris erat in Hetruria cum C. Manlio, infestaque arma patriæ inferre voluit: sed hunc M. Antonius Ciceronis in consulatu collega, animosissimè dimicantem, cruenta victoria fregit, patriamque nefario parricida liberavit Anno Mundi 3910. At nihilo

M

Hierosolyma
capta à Pomp.

Asia Rom. sub-
iecta.

Parthi.

Indi.

An. M. 3894.

Bellum Gla-
diatorium,
Spartacus.
M. Crassus.

L. Serg. Catili-
na.

An. M. 3900.

Lentulus.

Coniuratio Ca-
tilinaria.

M. T. Cicero.

Fulvia.

M. Cato.

Pæne coniura-
torum.

C. Manlius.

M. Antonius.

An. M. 3910.

Interitus Catilinae.

M. Cato.

M. Crassus.
C. Iulius Cæsar.

Triumviri Ro-

Crassi mors singularis.

*Bellum Galli-
cum Cæsari.*

Ariovistus.

Pons in Rheno.

Britannia.
Ambiorix.

Vercingetorix.

Gallie divisio.

*Commentarij
Cæsaris.*

secius principum Romanorum animos detestanda tenebat am-
bitio, quæ recordatione temporum Marij & Syllæ in graues dis-
cordias, eosdem præcipites dedit. Etenim Pompeius Magnus
dignitatem & autoritatem tot bellis partam, conseruare volens,
M. Catoni, maiorum frugalitatem, patientiam, constantiam,
continentiam vrgenti, vehementer fese opposuit: cumq[ue] eo-
dem tempore M. Crassus, in maxima opulentia egens, ditione fieri
vellet: C. Iulius Cæsar autem ingenij, doctrinæ & armorum præ-
fidijs confirmatus, & Alexandri Magni statua inflammatus, ma-
ximas quoque res animo agitaret: facile inter hos tres conuenit,
de inuadendo Imperio Romano. Itaque Pompeio Hispaniæ,
Cæsari Galliæ, (quæ tum nondum penitus Romano imperio pa-
rebant) obtigerunt: Crasso autem Parthi cesserunt. sed Parthi ca-
pti Crasso atque interempto, propter nimiam auri cupiditatem,
(qua etiam templi Hierosolymitani opes paulò ante absorbutae
aurum liquefactum in os infuderunt, miserèque eum susti-
lerunt. At Cæsar magnis itineribus veniens in Galliam, Helue-
tiorum primùm in Santonas emigrationem ad transitum Araris
impediuit: Ariouistum Germanorum regem à Galliarum popu-
latione prohibuit: Belgas, qui illum aduenientem communibus
armis exceperant, magna virtute fudit: flumen Rhenum facto
ponte traiecit, ac Germanos in sylvas repulit. Oceanum pòst in-
gressus, Britanniam, ignotum Romanis orbem, bello tentauit.
Ambiorigem regem variè copijs suis persecutus est: Auaricum,
Gergobiam, & Alexiam bello grauiter affixit: vindicem Galliæ
libertatis Vercingetorigem diuersos secum trahentem populos,
magnis viribus fregit, & tandem Bellouacis cæterisq[ue] Galliæ po-
populis deuictis, Galliam huc usque Romanis formidabilem, Ro-
mani iuris prouinciam fecit, & tres in partes distribuit Belgicam,
Celticam & Aquitanam: ignotos etiam multos vicinos populos
Germaniæ in lucem produxit, & suis appellationibus nobilitauit,
annis nouem bellum trahens, quo populos 300. subegit: tricies
acie dimicauit, oppida 80. cepit aliaq[ue] gessit, de quibus ipse Com-
mentarios eruditissimos scripsit. Et haec tenus quidem inter Cæ-
farem & Pompeium benè conuenerat: ubi verò Iulia, Cæsaris fi-
lia, non

lia, non ita pridem Pompeio nupta mortua esset: soluta affinitate suspectæ vires vtriusque sibi inuicem factæ sunt: metuente Pompeio Cæsaris opes: Cæsare Pompeij gratiam atq; dignitatem: inde similitates ortæ, cumque alter parem, alter superiorem ferre non posset: Cæsar consulatus repulsâ incensus, manifestè iam se Pompeio opposuit. Repertum fuit salutare consilium: vterque ut arma deponeret: sed cum nihilominus Pompeius, Cæsarem patræ hostem decerneret: & SC. factum esset: Consules operam ut darent: ne quid Respublica detrimenti caperet: Cæsar nihil cunctatus, victor è Gallijs cum exercitu in Italiam redit, & perinde ac alea iacta, traecto Rubicone, Pompeium consequitur, qui in Græciam profugerat cum optimatibus, Dyrrachiumque tenuit. Inde reuersus, vbi urbem defensoribus vacuam, inuenit: Consulē se fecit: ærarium effregit: dignitates assumptis: & prouincias distribuit. Pompeium post longius fugientem insequitur: Hispanias componit: omniq; robore in Thessaliam translato in campis Pharsalicis, cum Pompeio infestis signis concurrit, eumque vincit: alta tamen voce in ipso prælio exclamans: Miles parce ciui bus. Pompeius fugiens in Ægyptum, cum Cornelia coniuge & Sexto filio, Ptolomæi regis iussu (apud quem propter merita sua hospitium se tutum inuenturum putauerat) exiens è nauī: per infidias transfoſſus est: capute eius amputatum & in Ægyptū transportarum: cadauer autem in littore abiectissimè sepultum est: penè in conspectu Hierosolymæ, quam ante paucos annos profanauerat, ingressus Sanctum Sanctorum dissuadente summo Sacerdote. Interiit Anno Mundi 3924. Venit eodem Cæsar, ac Ptolomæo superato, regnum tradit Cleopatræ, adiutus ab Antipatro, quem multis post honoribus auxit: viso etiam ibi capite Pompeij, ingemuit valde, & honorificè illud sepeliri iussit: interfectores vero eius sustulit è medio, & fanum Nemesis (iniusta vindicantis Deæ) ibidem extruxit. Conuersus inde in Asiam, Pharnacem velociter oppressit: Romam profectus tertium Consulatum arripuit. Post in Africam properauit ad bellum reliquias conficiendas: ibi Cato & Scipio bellum instaurabant, cum Iuba rege Mauritaniæ: sed audientes Cæsarem venire, Cato quidem Uticæ violen-

Iulia Cæs. F.

Similitates in ter Cæsar. & Pomp.

Transitus Russiconis fl.

Bellum ciuile inter Cæsar. & Pomp.

Cæsar vincit Pompeium.

Ptolomæus in terector Pompej.

Cornelia Pompej.

Pompej interiit.

An. M. 3924.

Templum Nemesis in Ægypt. Pharnaces.

Cato Uticensis.

*Scipio Pom-
peianus.*

*Iuba R. Mau-
ritanie.*

*Cæsar's trium-
phi 4.*

*Sext. Pom-
peius.*

Cn. Pompeius.

An. M. 3927.

*Cæsari opera
pacis.*

*Annum Iulia-
nus.*

*Sosigenes Ma-
them.*

*IV. Monarchia
Roman. funda-
menta.*

*Cæsij & Bruti
coniuratio.*

Cædes Cæsaris.

An. M. 3928.

*Anthropo-
gia Cæsaris.*

*Apuensis Cic-
eroni.*

*Octavius Cæ-
sar's hæres.*

tas manus sibi ipsi intulit: confirmatus prius Platonis libro, qui est de animo, vnde Uticensis appellatus est: Scipio autem fracta nauis periret: Iuba Rex in acie occubuit. Cæsar Romam rerorsus quatuor diebus quatuor triumphos egit 1. de Gallis & Germanis. 2. de Ægypto. 3. de Pharnace Rege Ponti. 4. de Iuba Africæ Rege. Postea ordinata Republica profectus est in Hispaniam: ubi Sextum, Pompeij filium, apud Mundam ferè comprehendisset: sed eo in Celtiberiam elapso, fratrem eius Cn. Pompeium occisum, amputato capite, sustulit: & triginta millibus Pompeianorum cæsis, bello maximo finem posuit Anno Mundi 3927. His rebus gestis Cæsar iterum domum redijt: & tentatam olim à Sylla Dictaturam perpetuam sibi asscripsit: Pontificiam & Tribunitiam potestatem ad se transtulit: non Regem sed Imperatorem exercitus salutaris eis voluit: Rempub. nouis legibus atque institutis confirmavit: annum ad solis cursum, opera Sosigenis emendauit: Mensem Quintilem de suo nomine Iulium dixit, & postremi summi imperij siue Monarchiæ Romanorum fundamenta posuit. Verum cum honores qui antea populo deferebantur, ad arbitrium suum distribueret: venienti senatu non assurget, pro quo libidine sua alia omnia ageret: excitata graui inuidia, & ex ea coniuratione Brutus & Cassius, tandem in Senatu, cum ius redderet, perpetua administrata Dictaturâ, tribus & viginti vulneribus confossus est, Anno Mundi 3928. Idibus Martijs, quas augur quidam ei cauendas monuit: sed Cæsar ridens, inque Curiam tūm progressus, per contemptum dixit auguri: venisse Idus: cui ille respondit, venisse: sed nondum præteriisse: nam antequam præterirent, imperfectus est. Felix bellator, qui quinquagies collatis signis cum hostibus dimicauit & vndecies centena ac nonaginta duo millia hominum in prælijs occidit. At sublato Cæsare, abrogataque Dictatura, veluti olim regia potestate: occupato etiam à percussoribus Capitolio: & Apuensis atque obliuione iniuriarum perpetua, à M. T. Cicrone sancita: nihilominus tamen ciuilia bella Romæ non conquieuerunt: sed partim Octavius, Cæsar's hæres, partim M. Antonius eius quondam collega, mox etiam potentia æmulus, sequentia tempora valde turbarunt.

Nam

Nam cum Antonius vrgeret Monarchiam, & à senatu hostis esset iudicatus, missus contra eum est Octavius, qui factō prælio ad Mutinam Antonium fudit, & ex Italia eiecit. pōst exercitum Romanum adduxit eamque cum Consulatu occupauit Anno Mundi 3929. Antonius autem opera M. Lepidi Octauio reconciliatus est: & facti sunt hi tres, veluti Triumviri totius Imperij Romani, qui distributis inter se prouincijs conuenerunt in hoc: vt Syllana proscriptione reuocata & oppressa Republica, communibus viribus & Cæsaris percussores & suos quique inimicos aggrederentur. Hinc confessim M. Tullius Cicero, improbitate M. Antonij per Populum quendam crudeliter in fuga interfectus est: capite cum vtraque manu præcisis & in rostris Romæ positis. sequuta deinde sunt alia multa atrocia in optimos quosque Republicæ defensores, & per Italiam & per alias imperij prouincias, coniungentibus sese Antonio & Octauio aduersus percussores Cæsaris, Cassium & Brutum, quos bello persecuti sunt, & in Campus Philippicis Thessaliam, deuicerunt: qui etiam desperatio ne fracti, semetipsoſ iugularunt ijs gladijs, quibus ante Iul. Cæarem confoderant: quod etiam mirabili vindicta DEI intra triennium omnibus cæteris interfectoribus accidit. Hoc peracto, Antonius & Octavius excluso Lepido, imperium Romanum inter se partiti sunt: vt Octavius Occidentem, Antonius Orientem haberet. Ac licet Fulvia vxor Antonij aduersus Octauium, mari tum suum instigarat: tamen cum sub id tempus Sextus Pompeius armata manu paterna bona dignitatemque repeteret: coniunxerunt se denuò, & certioris fidei cauſa, Antonius Octauiam, sororem Octauij in matrimonium accepit: Sextus autem Pompeius ab utroque suppressus, & nauali prælio in Sicilia ab Octauio deletus est. Pōst Antonius clade Parthica accepta, cum euasisset, totus Cleopatræ Aegyptiæ amoribus deliciisque implicatus est: cumq; consortium Octauij iam molestè ferret, & Octauiam eius sororem repudiasset, graue bellum accedit: in quo vtrinque collecto exercitu, ad Actium Promontorium Epri graui certamine, vno die de summa totius orbis terrarum fuit pugnatum. In eo prælio superior factus Octavius, Antonium vnā cum Cleopatra

M. Antonius.
Prælium ad
Mutinam.

An. M. 3929.
M. Lepidus.
Triumviri Im-
per. Rom.
Triumviri
graffantur.
M. T. Cicero
necatus crude-
liter.
Persecutio &
cædes optimatū.

Bellum Philip-
pense.
Brutus & Caſ-
sius avtozeg-
es.
Duumviri
Octavius &
Antonius.
Fulvia & An-
ton.
Octavia.
Sext. Pompe-
ius.
Pugna ad
Actium.

Bellum inter
Anton. &
Octauium.

Antony interitus & Cleopatra.

Ægyptus Rom. provincia.

Cornel. Gallus.

Finis bellorum ciuilium.

Ventidius.

Pacorus R.

Parth.

Leilius.

Germanicus.

Drusus.

Vari clades.

Arminius.

Tiberius.

Getuli.

Armenij.

Hispani.

Lusitani.

Orbis pacatus.

Sarmatae.

Scytha.

Parthi.

Seres & Indi.

in Ægyptum profligauit: ubi Antonius ab omni spe recuperandi imperij deiectus: cum se obsessum videret, & ab omnibus socijs desertum, manus violentas sibi ipsi attulit, inter tres mulierculas sedens: Cleopatra autem metuens triumphum voluntarie (aspidibus scilicet sinistro brachio admotis) sibi ipsi mortem consciuit: Ægyptus regionum omnium opulentissima & negociationibus in totum orientem maximè oportuna, Romanorum prouincia facta, Cornelioque Gallo administranda tradita est. His rebus gestis Octavius, cum victore exercitu Romam ingressus: per triduum triumphauit: templum Iani clausit: bellisque ciuilibus, quæ triginta & amplius annis rem Romanam exercuerant, finem imposuit. Cum autem animaduerteret Octavius, multas gentes imperio Romano nondum subiectas: in quatuor orbis terrarum partes arma sua circumtulit. Et Ventidium quidem aduersus Parthos misit, qui regem eorum Pacorum cum omnibus copijs, deleuit: aduersus Germanos Lollium, Drusum & Germanicum, qui in Saxonia, Thuringia, Rhetia, Vindelicis res varia fortuna gesserunt: in primis Drusus, qui gentes ad Mosam, Rhenum & Albim adortus est. sed inter Salam & Rhenum fracto crure Moguntiæ obiit: cui succedens Varus ob superbiam odiosus, à Germanis posteà cum legionibus, duce Armino, sublatus est. In Septentrionem legatos misit alios, in primis Tiberium, qui ultrâ Danubium cum longè dissipatis gentibus, nulla locorum asperitate aut fluminum interuentu prohibiti, feliciter dimicarunt. Ad Meridiem quoque Getulos cum alijs populis exercitu suo subiugauit. Ad Ortum Armenios longè lateque compressit. Ipse in Occidentem profectus, Hispanorum pugnaces gentes, Cantabros, Astures, Lusitanos, in ordinem vna cum Hispania rededit, eamque Prætoribus administrandam tradidit. Tot tantisque rebus diuino planè successu gestis, orbis terrarum vniuersus. quaque versum patet, quasi communi quodam consensu conquieuit, & ferocissimi quique populi, Sarmatae, Scythæ, Parthi, relatis Crassi & Antonij signis: Seres quoque & Indi, antehac Romanis nunquam visi, felicitatem Imperatoris Rom. suspicentes, legatos cum muneribus Romam miserunt, pacem petentes atque amici-

micitiam. Iamque tertio à Numa, porta Iani templi clausa fuit, & Octauio ex Munatij Planci sententia, AVGVSTI nomen (ob auspiciatum & felicem in rebus successum) fuit tributum : vt & Cæsar is nomen testamento maioris auunculi: item Imperatoris: quæ eadem nomina adhuc hodiè in successoribus durant Gesta autem hæc sunt Anno Mundi 3947.

Octau. dicitur
Augustus.
Mun. Plancus.

An. M. 3947.

Opera pacis
Augusti.

Pacato iam orbe, diligentissimè in gubernandam Rempub. incubuit Augustus: bella non nisi irritatus & coactus iustis de causis suscepit: Populum & Senatum munera sua obire passus est: Ipse è Populo Prætor, è Senatu Consul electus: præsidem ac legatum misit: prouincias omnes exercitu prætorio ac legionibus idoneis communiuit: annum Julianum neglectum correxit: Augustum mensem pro Sextili constituit: diem vnum illi de Februario adiunxit: Aureum currum vnâ cum corona sibi obuiam misum, repudiauit: nomen DOMINI, per publicum edictum recusavit: ciues & exterros in suam clientelam recepit: odia & dissidia inter eos sustulit: opes Reip. auxit: structuris, ludis omniq; apparatu magnifico omnia compleuit: plebem muneribus: militem donis: honoribus proceres: obsequio omnes vbiq; terrarum sibi deuinxit: ita vt communis omnium parens, & vrbs Roma, communis omnium populorum patria haberetur, & in eandem omnes orbis terrarum opes atque ornamenta comportarentur: tuta ac libera quâqua versus esset peregrinatio: mercimoniorum omnium securitas, artium atque disciplinarum omnium celebritas, atque adeò aureum sæculum toti Mundo redditum videretur. Cumque Iudæorum status, aliâs varius, iam quoque tranquillus esset: & Antipater Idumæus (quem C. Cæsar Iudææ præfecerat) per insidias sublatus, filiusque Herodes auspicis Octauij & Antonij, primus Rex externus Romæ coronatus esset: & postea per annos complures, Romanorum cliens, Iudæam teneret: sceptro à Iuda ablato: cumque iam totus orbis esset sub Augusto censendus: ecce nascitur verus AVGVSTVS: Magnus ille & honorabilis Princeps pacis, Pater patriæ, Imperator exercituum summus, & salutis humanæ vnicus instaurator, DOMINVS & SERVATOR NOSTER IESVS CHRISTVS in pago Bethlehem,

Antipater Ida-
meus.
Herodes Asca-
lonita.

I E S V S C H R I-
S T V S S E R.
nascitur.

conce-

An. M. 3967.

Sceptrum à Iuda ablatum.

Mors Augusti.

Annus Christi
14.Cl. Tiberius
Nero.

Mores Tiberij.

Interitus Tibe-
rij.An. M. 4008.
An. Christi 38.

conceptus à Spiritu Sancto in utero beatæ MARIÆ, semper virginis, Anno Mundi 3967 25. d. Decembris, feria sexta, siue die Veneris in solstitio brumali medio : Coss. Romæ ipso Cæsare Oct. Augusto, & M. Plautio Syluano : anno 42. Imperij Augusti, cùm Herodes inchoaret annum regni sui 39. & Sanhedrin siue ordinarios Iudices de domo Dauidis occidisset, aliosque Proselytos ipsis substituisset : vt quidam Historicorum & Mathematicorum luctulentissimis rationibus demonstrant.

A b huius ergo Seruatoris nostri IESU CHRISTI Natiuitate, quod reliquū est Narrationis nostræ Historicæ portò continuabimus : vulgarem retinentes Numerationem : licet ea integro anno à vera CHRISTI natiuitate aberrare videatur: vt ne plurimarum rerum gestarum seriem notasq; confundamus. Composito igitur toto Terrarum orbe, vt modò dictum, & præsente CHRISTO, vero Imperatore ac Domino, AVGVSTVS Cæsar, cum sex & quinquaginta annos imperium Roman. felici successu gubernasset, decepsit ex hac vita Nolæ in Campania, anno ætatis suæ 76. Anno Mundi 3982. Anno CHRISTI 14. ingentem pop. Romano vim pecuniae, cum multa felicitate : successorem verò Cl. relinquentis Tiberium, qui Tiberij Neronis & Liuiæ filius fuit, priuignus ipsis & in filium ante decennium adoptatus. Hic factus Imperator, cum natura crudelis esset, ingenium aliquandiu disimulauit Matrem atque Germanicum reueritus: & commodum facilemque sese præbuit : præsertim erga exterorū & prouinciales, quorum præsidibus rescripsit : Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere : sed post luxui ac saevitiæ indulgens : factus est immanis, turpis, rapax, crudelis, ex quo pro Claudio Tiberio Nerone, dictus est vulgo Caldius Biberius Mero & lutu sanguine maceratum. innocentes plurimos interfecit: & ex his principes viginti: nulli etiam propinquorum parcens. ex quo cum inuisus esset cunctis: tandem C. Caligulae insidijs sublatus, & corpus in Tyberim abiectum est, cum vixisset annos 77. imperasset annos 22. mens. 2. Sub huius imperij Anno 19 CHRISTUS summus sacerdos noster, annum agens 34. seipsum offert victimam DEO patri, pro redemptione totius generis humani: (prodente eum

eum Iuda discipulo, tradentibus Anna & Caipha cæterisq[ue] Sacerdotibus, damnante Pontio Pilato præfecto Iudææ) affigitur cruci à populo suo, moritur, sepelitur, resurgit, ascendit ad cœlos, Spiritumque S. mittit: Rex, Dominus, & gubernator Ecclesiæ suæ: & mox futurus Iudex totius Mundi, cui sit laus & honor in sæcula.

Mortuo autem Tiberio in villa Luculliana, (sub quo etiam Seianus, primarius Aulicus, cum suis miserè periret: & Apicius, magnus ille lauitiarum autor, ad inopiam redactus, venenum hau- sit) succedit Caius Cæsar Caligula, filius Germanici, à caliga siue calceamento sic dictus, qui relietas à Tiberio immensas opes, vix dum anno vertente, totas consumpsit, homo ambitiosissimus, vt quidiuinos sibi honores posceret; Statuas suas, submotis cæterorum Deorum imaginibus per prouincias misit, etiam in templo Hierosolymitano collocari iussit: incontinentissimus simul, vt qui tres sorores suas, cum multis honestis Matronis crudelem in modum constupravit: atque sauvissimus cùm in Tiberium Drusum filium: & Iubam Regis Ptolomæi consobrinum suum, itemque Senatores & alios multos innocentes, quos iugulauit: tūm verò in cunctum populum suum: quem vnius ceruicis esse optauit, vt vno ictu eandem posset præcidere. Pestem, famem, cædes, incendia, terræ motus, & omnes calamitates viuente se fieri, exoptans: Homerum, Vergilium, Liuium, & Iurisconsultos scripta passim exurens: totas denique Legiones militum suorum neci obiciens. Vnde facta suorum conspiratione, anno 3. Imperij è medio sublatu est triginta vulneribus per militares Tribunos confossum, Anno ætat. 29. Patronus Herodis Agrippæ, cuius catenum ferream, qua vincitus fuerat, in auream eiusdem ponderis mutauit: & Herode Antipa cum Herodiade in exilium ab legatis, totius Iudææ regnum tribuit: qui tamen superbia clatus, cum sibi vt Deo in Theatro Cæsareæ passus est acclamari, intestinorum dolore correptus subito, & à vermis erosus miserè interiit. Sub hoc Pontius Pilatus exul, Annas, Caiphas, & multi Scribæ ac Pharisæi, interfectores CHRISTI Seruatoris, varijs pœnis diuina vltione sublati sunt. Huic successit Tiberius Claudius Drusus, Lugduni

Seianus.
Apicius.

C. Cæsar Cali-
gula.
An. C. 38.

Vita Caligulae.

Interitus.

Herodes Agrip-
pa.

Herodes Anti-
pas & Hero-
dias.

Interitus hosti-
um & interfe-
ctorum Seruat.
CHRISTI.

Tiberius Clau-

d'us Drusus.
An. C. 42.

Domitius Nero.
An. C. 55.

*spūs ἔρτος
γαῖα μιχθεί-
τω τσεῖ.*

Serg. Galba.
A. Vitellius.
Otho Sylvius.
An. C. 69.

Flavius Vespasianus.
An. C. 70.

Titus Vesp. Fil.
An. C. 72.

natus, quinquagenarius, nec planè malus: sed cum luxui & sæuitiæ modum nullum poneret: & ipse veneno Agrippinæ vxoris summouetur, anno Imperij 13. M. 8. Adoptauit hic priuignum, in usitatæ Tyrannidis belluam, Domitium Neronem, qui dissimulato primum ingenio, mox ad illud rediens, nefarias ac cruentas manus, matri Agrippinæ (cum qua incestam habuit consuetudinem) coniugi Octaviae & Poppæa grauidæ, & Præceptoris Senecæ intulit: vrbis incendium, ad similitudinem ardantis Troiæ, vide-re gauisus est, sceleraque alia perpetrauit innumera, in pueros, in virgines vestales, in mulieres: naturam & omnem humanitatem perueriens ac exuens, cùm in parentes & populares, tûm etiam in Christianos, quos ferarum pellibus inclusos mutuam in lanie nam concitauit, & ferro, igni & aqua persecutus est: donec à suis in angustias extremas adactus, fugitiuus, inter summos conscientiæ errores, hausto veneno & manibus sibi ipsi allatis, interiit. Cæsarumque nomini finem imposuit: anno Imperij 13. cum vi-xisset annis ferè 31. Eadem vitia exercuerunt etiam sequentes, Serg. Galbam, A. Vitellium, Othonem Sylvium, qui non ita diu imperio præfuere: sed suis dissensionibus, vitijs atque sceleribus cùm sibi ipsiis interitum accelerarunt: (Galba in tumultu occiso: Vitellio in Capitolio incenso pereunte: Othone seipsum confodiente:) tûm verò etiam exteris regnis, deficiendi à Populo Romano, (itidem vt præcedentes) ansam dederunt, imperiumque grauiter affixerunt: ita vt in toto imperio Romano tûm nihil propè audiretur aliud, quam sæua iussa Tyrannorum: continuæ accusationes: fallaces amicitiæ, innocentum persecutiones, cædes exilia, proscriptiones bonorum: Legum & honestatis contemptus, & plurima alia incommoda. His malis & calamitatibus remedium afferre conatus est, Flavius Vespasianus, ex Flavia gente profectus, qui cum filio Tito res Romanas prudenter administravit, circiter A. C. 70. Princeps pacificus, doctus, liberalis, laboriosus, qui admonitus de valetudine sua, respondit: Imperatorem stantem mori oportere: Eius tempestate cùm Iudei sub Agrippa, defecissent à Romanis: bello semel atque iterum, hoc Imperatore petiti fuerunt: donec tandem, Titus Filius, iusto Dei iudicio,

iudicio, ac permissu, ciuitatem Hierosolymam occupauit, incendit, deleuit: vindictam sanguinis effusi & spreti Seruatoris horribilem, à Iudeis repetens, cuius excidij vix simile ullis in Historijs extat exemplum. Deleta est autem sancta Ciuitas cum Templo augustissimo, & infinitis millibus populi Iudaici, circiter annum C H R I S T I 72. vt esset perpetuum testimonium exhibiti Messiae & abolitæ Politæ Mosaicæ, atque exemplum iræ D E I aduersus omnem iniquitatem. Dehinc Titus gloriosissimum agens Triumphantum, cum Patre de Hierosolymis deletis, Templum Iani clausit. pacemque in orbe denuò constituit, ac mortuo patri Vespasiano, tanta cum gratulatione omnium successit: vt amor & deliciae generis humani diceretur, extinctus statim tertio anno Imperij ineunte. Hunc sequutus est frater Flavius Domitianus, valde dissimilis, qui voluptatibus cædibusque multum est deleatus, Deum se appellari iussit: literas literatosque odio prosequutus, crudelem & impium sese præbuit: vnde tandem coniuratione suorum domesticorum è medio sublatuſ est, anno Imperij 15. Successerunt mutata vice meliores, Cocceius Nerua, vir integer & probus, qui annum unum imperium tenuit: & Vlpius Traianus ex Hispania, primus princeps externus in Romano imperio, qui 19 annis illud tenuit, & Daciam, restituto Decebalo, Provinciam fecit: gentes Ortum, Meridiemque versus compescuit, & multum Plutarchi, summi Philosophi præceptis confirmatus, Imperium Rom. præclaris legibus ac institutis auxit & ornauit: ita ut ab eo Augusti tempora reuocata, & Imperium Rom. sub eo florentissimum crederentur. Decedens idem Imperio, reliquit per adoptionem P. Aelium Adrianum, publicæ tranquillitatis studiosum principem, ingeniosum atque doctum, qui uno & eodem tempore potuit scribere, dictare, audire, & cum amicis colloqui, Græcè, Latinè, prosa & ligata Oratione. Idem militaria instituta pariter & literas bonas amplexus est ac coluit: bella multa gessit: ac totum penè Orbem nudo capite peragrauit. Moriens anno Imperij 20. tradidit illud Antonino, Nemausij Galliæ oppido nato, qui à morum sanctimonia Pius cognominatus est, Remque pub. præclarissime, bello & pace annos 23. in summa

Excidium Hierosolymæ.
An. C. 72.

*Titus Flavius
Domitianus.*
An. C. 82.

*M. Cocceius
Nerua.*
An. C. 97.
Vlpius TRAIANVS.
An. C. 97.
*Plutarchus
philosophus.*

P. Aelius Hadrianus.
An. C. 117.

*Tit. Antoninus
Pius.*
An. C. 138.

M. Aurel. Antoninus Philos.
An. C. 161.

L. Aurel. Verus Collega.
Duo primi Augusti.

L. Aurel. Commodus.
An. C. 180.
Incommodus.
princeps.

P. Elius Pertinax.
An. C. 191.

Didius Iulianus Iurispr. Imp.
L. Septimius Seuerus.

An. C. 192.
Pescennius Niger.
Clod. Albinus.

A. Ant. Bassianus Caracalla.
An. C. 210.

Papinianus Iuris asylum.
Martyr.

tranquillitate & salute subditorum conseruauit, per omnes provincias: à cædibus & sanguinis profusione vbiique abstinenſ: ita ut crebrò diceret: Malle ſe vnum ciuem feruare: quām hostes mille occidere, Orbemque ſola autoritate ſua regeret. Hic moriturus ſibi ſuffecit, Marcum Aurelium Antoninum, à doctrina Philoſophum nominatum, qui circumſpiciens, imposita ſibi molis gubernandi magnitudinem primus Imperat. collegam eius potentia, Fratrem ſibi adiunxit L. Aurelium Verum, cum eoq; annis 19. rei Romanæ concorditer vtiliterq; præfuit, bello & pace, eamque plurimis ornamentiſ cohonestauit: Christianos milites etiā in ſuis cohortibus ferens. Occupato autem M. Antonino bellis Orientis atque Septentrionis, tandemque in Pannonijs mortuo, ſummo omnium ſubditorum deſiderio, qui modeſtiam eius clementiamque admirabilem eſſent experti: ſuccedit ei Filius L. Aurelius Commodus, diſſimilis patri, qui delicijs, libidine ac varijs cædibus, Neronis ac Caligulae instar, pollutus Reipub. grauiſ fuit, & proinde anno 13. Imperij, operâ Martiæ, dato veneno, ē medio ſublatuſ, vel, vt alij volunt, noctu strangulatus eſt. In huīus locum vocatus fuit Elius Pertinax, humili loco natus, alias bonus & doctus Princeps: ſed quod eſſet ſupra modum auarus, breui & ipſe, coorta ſeditione militum, Imperium ſuum altero mense finiuit: locumque dedit Didio Iuliano Iurisperito, quem pōſt ſexagesimum quintum diem L. Septimius Seuerus, ob male partum imperium, nempe per largitiones, ē medio ſuſtulit: & factus Imperator, Pescennium Nigrum & Clodium Albinum, æmulos Imperij ſummouit, & annis 18. illud tenuit: bella geffit contra Parthos, Osroēnos & Arabes: in Britannia vallum duxit à mari ad mare per millaria Germanica 33. Habuit ſub finem vitæ in ore illud: Omnia fui: & nihil expedit. Huic ſuccedit M. Aurel. Antonius Bassianus Fil. à yeste Gallica dictus Caracalla, maximo fratris Getæ odio & cæde notatus, quem de Matris collo pendente interfecit in cubiculo eandemque vulnerauit, quæ ob id ridere coacta eſt: & cum Papinianus ſummuſ Iurecons. factum illud excuſare nolleſ: dicens Facilius eſſe parridum patrare, quām excuſare ſecuri percussus eſt. Hic Iuliani nouercam vxore duxit:

duxit: audiens illud, si libet licet: Patrem equitanem intersicere voluit: Fratrem Getam occisum inter Diuos retulit: superaddens: sit Diuus, modò non sit Viuus: tandem cum nihil boni faceret, ne quidem cogitaret, à ministro in expeditione Parthica pugione confosus est, anno Imperij sui septimo: Secutus hunc est Opilius Macrinus, scientia ciuili imbutus (nam per hanc doctrinam patebat tū ad Imperium aditus) verū quod & hic malis artibus illud esset consequutus, à militibus Heliogabali, cum filio Diadumenō mense statim 14 sublatus fuit. Successit his, belluinae libidinis homo indomitæq; ferociæ M. Aurelius Varius Heliogabalius, qui cum spurcitie superaret omnia monstra: Sardanapalum a geret: viris nuberet, ut fœmina: bonos vbiique è medio tolleret, alijsque immanissimis sceleribus sese pollueret: iusto Dei iudicio, anno 4. Imperij, à suis occisus & cum Matre in cloacas projectus est: populo etiam abolitum nomen eius, ex Ordine Imperatorum cupiente. Rebus Romanis hunc in modum misérè immunitis, laceratis, collapsis, domiforisque: commendatum fuit Imperium viro, doctrina, virtute, rerumque vsu præstanti Alessandro Seuero, hunc piuim, literatum, cordatum, ac seuerum Principem, quique sermonibus usurpari, parietibus inscribi, & per præconem proclamari iussit illud: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: qui etiam Vlpianum ICTum in tumultu militum sinu suo exceperit, purpuraque contexit: hunc eumque anno 13. Imperij inuidia odiumque Maximini sustulit, vna cum matre Mammea propè Moguntiam. Ab eo tempore multum inclinavit imperium Romanum, diuersis & ijs externis hominibus loco humili & obscuro natis, artibus quibuscumque dignitatem hanc inuidentibus. Nam hinc Julius Maximinus, à corporis magnitudine ita dictus, è pastore, Thraciae miles: postdux, inde benevolentia exercitus Imperator factus fuit, statimque filium C. Verum Maximum sibi asciuit: sed Senatus Romanus, primum Gordianos duos, Patrem & Filium: posteà Puppienum & Balbinum Imperatores ei opposuit, quod animaduertentes milites cum essent pertæsi crudelitatis illius, vtpote qui quovis Cyclope, Buside, Phalariq; esset immanior, & quo (testibus Historicis) nihil

Opilius Macrinus.
An. C. 215.

Diadumenus
Fil. eius.

M. Aurel. Var.
Heliogabalus.
An. C. 217.

Aurel. Alexander Seuerus.
An. C. 221.

Iulius Maximinus Thrax.
An. C. 234.
C. Verus Maximinus Eil.
M. Ant. Gordianus cum Filio.
An. C. 236.

Gordianus iunior.
An. C. 237.

Philippus Arabs Imp.
Christianus.
An. C. 243.
Philippus F. àzélasos.
Decius Tyrannus cum Filio.
An. C. 248.

G. Vib. Tribon.
Gallus & Volusianus.
An. C. 252.
Æmilianus Imperator.
Licin. Valerianus.
An. C. 251.
Sapores, Persarum Rex.

Licin. Gallienus.
An. C. 254.

Triginta Tyranni.

Flavius Clau-

indignius aut tristius Sol vidit in tanto fastigio, sustulerunt ipsum vna cum filio anno Imperij tertio. Sed cum sublatis Gordianis inter Puppienum & Balbinum quoque haud conueniret, interfectis illis: Gordiano admodum adolescenti Imperium est delatum, quod cum tenuisset annos 6 resque in Perside feliciter confecisset, consilio socii Misithei, viri sapientis, docti ac eloquentis, tandem circumuentus insidijs Philippi praefecti, occiditur. Philippus autem Arabs ab exercitu Imperator creatus, Imperium cum filio sex annis fermè obtinet, Christianam religionem amplectitur: millenarium urbis Romæ conditæ celebrat, ludis ac certaminibus præclaris, dumque alia molitur, simul cum Philippo filio (qui nunquam risisse scribitur) è medio tollitur: Ei substituitur Decius cum filio eiusdem Nominis, qui Gothos agrum quem inhabitarent à Romanis petentes, non satis felici successu aggressus est vnde ab ijs primordijs poste à Goths cum alijs populis coniunctis, Imperio Romano multum negotijs exhibuerunt. Sed & hi cum magni essent Christianorum persecutores, anno secundo Imperij sublati: Successores habuerunt Vibium Gallum, & Volusianum: qui & ipsi dignitate Imperij immunita, Scytharum Regi primum facti sunt tributarij. His occisis accepit Imperium, Æmilianus Maurus, qui trium mensium Imperator Gothos profligauit: quo itidem sublato Licinius Valerianus calamitoso euentu Imperium tenuit: siquidem pugnâ cum Sapore, Persarum rege inferior factus, miseram apud eum seruire seruitutem coactus est. Is enim Valeriano aliquot annis pro scabello pedum usus est, quoties equum descendere voluit: & in extrema senecta, viuenti adhuc cutem à ceruice ad pedes detraxit: quæ fuit poena horribilis Tyrannidis quam exercuit in Christianos. Huius Filius Gallienus, quantumuis literis imbutus: tamen quod delicijs ac voluptatibus mirum in modum esset deditus & Christianorum persecutor, nec hostes à populandis prouincijs prohiberet, ideoque 30. ferè iuxta se Augustos, diuersis in orbis partibus ferre coactus est, qui imperium Romanum varijs incursionibus afflixerunt atque dilacerarunt: donec in expeditione contra Aureolum propè Lugdunum occiso, Flavius Claudius,

dius, rebus Imperij, salutares manus adhibere conatus est: dum largius effundentes sese per Græciam Gothos, cohibuit: Ægyptū recipit: transituros in Italiam Alemannos repressit, aliquot milibus eorum ad lacum Benacum fusis, aliaque multa promittens, si vita diuturnior fuisset. nam statim anno 2. Imperij decedens, reliquit illud Quintilio fratri: sed cum hic audiisset Valerium Aurelianum ab exercitu electum, multis venis incisis, voluntariam mortem Imperio prætulit, die illius 17. Aurelianus autem suscepto Imperio, Germanos primum ad Moguntiam fudit: inde Gothos compescuit: postea aduersarios Tetricum & Zenobiam fœminam eruditam & armis assuetam, cum in triumphum duxisset, & primus caput Diadema cinxisset, insidijs Secretarij sui è medio tollitur, magnus Christianorum hostis, anno Imperij sexto.

Interregnum pòst fuit aliquot mensium, militibus ac senatu Imperatoris eligendi potestatem vtrò citroq; referentibus: tandem tamen M. Cl. Tacitus, vir integer communi omnium consensu ad Imperium euehitur. Sed mox à militibus sexto mense interimitur, eiique frater Florianus substituitur: cum autem is vix diebus octuaginta quatuor, Imperio præfuisset, interfectus à militibus suis cessit, M. Aurelio Probo, re & nomine Principi probo, qui oriundus è Dalmatia humili loco: sed virtute magnus primum Sarmatas & Germanos composuit: Proculum & Bonosum æmulos Imperij profligauit: pòst alia pacis opera instituit: à bellis factus alienor: quod cum animaduerterent milites, sustulerunt ipsum è medio, anno Imperij sexto. Secutus hunc est M. Aurel. Carus Narbonensis, qui Numerianum & Carinum Filios in administratione sibi adiunxit: sed ex Mesopotamia reuersus, perijt fulmine, secundo anno Imperij: Carinum posteà Diocletianus sustulit, & Aper Numerianum. Itaque res ad Diocletianum delata est, qui sæuus in Christianos fuit, Tyrannus: considerata verò administrationis difficultate, Maximianum Herculeum collegam sibi asciuit: vterque deinde successores, ille Galerium, hic Constantium Chlorum elegit, singulisque suas distribuerunt gentes & munera: post Diocletianus Nicomedias, Maximianus Mediolani Imperio

diu. A.C. 267.

Quintiliu frat.
Cl.L. Domit. Au-
relianu.An. C. 269.
Zenobia fœm.
erudita.

Interregnum.

M. Cl. Tacitu.
An. C. 275.
Florianus Fr.M. Aurelius
Probus.
An. C. 276.M. Aurel. Ca-
rus.

An. C. 282.

Numer. & Ca-
rinus Ff.

Diocletianus.

An. C. 284.

Maximianus
Herculeus.

Constantius Chl.

An. C. 304.

*Quatuor Cesa-
ressimul.*

Galerius.

Maxentius.

Alexander.

Valens.

Licinius.

Constantinus

Magnus.

An. C. 309.

*Laus Constan-
tim M.*

*Nicena Syno-
dus.*

*Indictiones
Constant.*

*Filiij Constan-
tini tres.*

*Constantinus
II.*

Constans.

Constantius.

An. C. 337.

Imperio sese abdicarunt, cum repugnassent annis 20 cumq; Maximianus se conaretur restituere, Massiliae per Constantium interemptus est Constantius verò princeps pius & Christianus, dedens Eboraci in Anglia, filium reliquit Constantinum anno 10. Imperij: Sed Galerius rerum magnitudine prægrauatus Seuerum siue Probum & Iuniorem Maximum sibi adiunxit, & huic Orientem & Africam, Illi concessit Italiam: Illyrios sibi reseruauit. Interim factiosi milites eligunt Maxentium Imperatorem, deposito Seuero: Item Alexandrum in Africa: in Oriente Valentem: post quos ascitus fuit etiam Licinius, literarum ac literatorum extremus osor. Sed cum hic aduersus Christianos fœuiret grauius, à Constantino prioris Constantij filio mox summouetur. Hic Constantinus, cum ad Imperium diuinitus iussu Angeli vocatus fuisset, res in eo gessit plurimas & maximas: vnde & MAGNI nomen inuenit: Ac initio æmulos Imperij sui, hostesque CHRISTI deuicit: Gothos sua virtute ad pacis Conditioes adegit: Maxentio deturbato Italiam ac Romam restituit: agros militi veterano distribuit, & iure successionis ad posteros transferri sanxit: Byzantium præclaram vrhem Thraciæ (quod medium quasi terrarum esset,) sedem Imperij constituit, ad coërcendos facilius Orientis gentes, quæ cum loci opportunitate facile & strutura & opibus creuisset, ita ut altera seu noua Roma dici posset: tamen à nomine optimi Imperatoris, Constantinopolis, nominata est. Hic primus fuit Romanorum Principum, qui repudiauit Ethnicorum erroribus, Maiestatem vni ac veri Dei ex sanctissima Christi Seruatoris doctrina publicè afferuit: Nicenam Synodum celebrauit: Indictiones temporum loco Olympiadum instituit, ut essent spaciū 15. annorum ab anno CHRISTI 31. aliaque multa præclara annis triginta & uno in Imperio Romano constituit. Post filij eius tres, totidem in partes Imperium diuiserunt: Gallias, Germanias, Hispanias, & Britanniam. Constantinus II. sibi sumpsit: Illyrios, Græciam atque Italiam, Constans: Orientem & Thraciam Constantius fortius est. Iucunda inter fratres & utilis distributio: si concordes esse potuissent: sed bellis atrocissimis inter se commissis, externarum gentium excursionibus facile fuerunt

fuerunt expositi: & ipsi quoque breui interierunt. Nam Constantinus portione Imperij à patre tradita non contentus, Constanti fratri bellum intulit, & ab eius exercitu, anno Imperij tertio, propè Aquileiam occisus est. Constans dum in Gallia venationibus ac alijs voluptatibus corporis indulget à Magnentio Comite, per sicarios obtruncatur, cùm regnasset annis tredecim. Constantius denique superato Magnentio, difficile bello (quòd fratrem Constantem interemisset) rerum quidem summa potitus est, sublatis fratribus & alijs Regni consortibus, Dalmatio, Gallo, Magnentio: sed cum aduersus Iulianum Galli fratrem exercitum educeret, in itinere correptus febri ardentí extinctus est: anno ætatis sua 45. sub hoc puritas Religionis Christianæ varijs hæresibus contaminari cœpit: & nouem Formulæ fidei inter se dissimiles, receptæ Constantium secutus est Claudio Iulianus, qui Alemanorum triginta millia apud Argentoratum fudit: princeps doctus & eloquens, poste à Christianæ Religionis desertor atq; opugnator factus, cognomen Apostatae adeptus est: & multa impia in Christum scripsit dixitque: tandem aggressus Persas, cum extrema qua que Christianis à reditu esset minitatus, calamitoso exitu interiit, trāfixus telo, quod dum ex imis iecoris fibris euellit, hausto manu cruento, & in aërem projecto, exclamauit: vicisti tandem Galilæe, vicisti: saturare Nazarene &c. quibus impijs vocibus emissis, periit, & Christianos omnes magno metu liberauit: cum imperasset annum vnum, menses septem. Milites statim ob nominis affinitatem Regnum detulerunt, ad Iouinianum, hominem doctum, & Christianum, qui cum Persis necessariò magis, quām honestè transegit: nonnulla Imperij Romani parte ipsis concessa: verūm cùm hic septimo statim mense Imperij sui decederet: Valentinianus è Pannonia oriundus ab exercitu Imperator salutatus est, qui statim Valentem fratrem sibi adiunxit, & Procopium affectantem Imperium prohibuit. Huius Imperio Gothi Thracia excesserunt: Parthi è Syria expulsi sunt: Germani pacati: religio Christiana per celebres Ecclesiæ Doctores propagata, annis 12 fuit quanquā Valens mortuo fratre, seductus ab uxore, partes Arrianorum sequutus sit, & cum Scythas atque

Magnentius
Tyranus.
An. C. 350.

Cl. Iulianus
Apostata.
An. C. 361.

Blasphemie
Iuliani.

Interitus.

Iouinianus.
An. C. 363.

Valentinianus.
An. C. 374.
Procopius.
Gothi.
Pax Christia-
nis.
Valens Imper.
Collega.

*Gratianus.**An. C. 375.**Valentin. Iun.**Alemanni circa Argentoratum fusi.**Ausonius Poeta.**Theodosius.**An. C. 379.**Eius res gestae.**Honorius & Arcadius.**An. C. 395.**Stilico.**Redagastus**Gothorum Rex.*

Gothos temerè aggressus fuisset, incensa domo, tandem interiit, anno Imperij 14. cum primùm omnes Theodosios, Theodoros & Theodatos vita expulisset: edoctus vaticinio, habiturum se successorem, cuius nomen inciperet à literis Th. Valentiniano successit Gratianus Filius: iam antè viuo patre ad Imperium adhibitus: vt & Valentinianus Iunior, ambo principes pij, orthodoxi, docti, salutares, quorum ille Gratianus, Alemannos è Gallia expulit, & circa Argentoratum fudit, virtutis & pacis amans, gratus in Præceptorem Ausonium Poetam, quem Consulem creavit, tandem insidijs Maximi, quem exercitus Imperatorem elegerat, extinctus est. Hic autem Valentinianus, sectatus veram pietatem, Hæreticos expulit, Eunomianos, Photinianos, Manichæos: sed noctu strangulatus in cubiculo, insidijs ARBOGASTI Alani interiit. Delectatus autem is literarum studijs, adiunxit sibi Theodosium, ex Hispania oriundum, optimum principem atque prudentissimum: qui contrà Gothos multa præclarè gessit: Tyrannos Maximum, Victorem Eugenium, insurgentes magno successu cohibuit, & Imperium Romanum multis præclaris institutis politicis & Ecclesiasticis ita auxit atque confirmauit, vt pristinum Maiestatis suæ decus recuperasse videretur, annis illis septendecim, quibus ipse præfuit: portus & asylum omnium bonorum atque piorum: Hæreticorum verò & improborum osor acerrimus: qui Disputationes & Dialecticas pugnas in Theologia sustulit: & orthodoxi Symboli collectione atque subscriptione pacem Ecclesijs restituit. Verùm non multò post illius discessum, casibus varijs vehementer labefactatum fuit Imperium, sub Honorio atq; Arcadio filijs, quos successores reliquerat, à Tutoribus suis (priuatam magis rem quam publicam spectantibus) variè circumductis: donec mortuo Arcadio ad Honoriū omnis rerum administratio peruenit. Tum temporis Stilico Vandasus, vir rei militaris peritissimus, Redagastum Gothorum regem in Italiam maximis cum copijs venientem, prostrauit, qui tamen Goths, resumptis viribus sub Alarico Rege, denuò superiores facti, atque Romanam conuersi, eandem graui obsidione cinxerunt. Honorio Rauennæ desidente: Stilicone autem cum filio de perfidia suspe-

suspectis, & è medio sublatis. Ibi Alaricus Romam (memorabili astu regressum simulans) cœpit. captam deuastauit, omniq; ignominia subiecit, Anno à nato Christo 414. Huius tamen collega & cognatus Adulphus, mortuo Alarico, Rex factus, conciliatur Honorio: ducta in vxorem sorore eius. Cogitabat hic sublato nomine, Romam, appellare Gothiam: sed barbariem suorum considerans, Romanis nominis gloriæ potiore rationem habendam censuit: Goths quoque peragratis Gallijs, in Hispania tūm confidere: & mixtis Alanis Cathalaniæ nomen dederunt. Romanis tot tantisque calamitatibus ob sceleras sua, ignauiam, vecordiamque affectis, plæræque gentes Septentrionis suis sese locis mouerunt, & stabiles sedes quæsuerunt: quas posteri sparsim per orbem Terrarum hodieque occupant. Quare ijsdem Temporibus è Germanijs, magnis copijs progressi Burgundiones, priscorum Sequanorum ac Heduorum agros ad Rhenum vsq; occuparunt, quos à dispersis Burgis siue Castellis ita appellatos ferunt. Sic Franci altera Germanorum pars deonerae suos multitudine volentes. Rege Pharamundo, qui Marcomiri fuit Filius, traepto Rheni flumine longius ad Sequanam (vbi Parisiorum ager fertilis) confidere & principatu aucti, longè per Gallias sensim Romanorum rebus collabentibus, regnauit huc usque. Sic Anglosaxones Hengisto & Hersone fratre Ducibus, cum magna manu Iuuenium ingressi Oceanum & ad littus Britannicum delati sedes in Cantio promontorio Britanniæ habuerunt: ac paulatim rerum successu principatum stabilierunt: ex illis etiam quidam suis pulsis sedibus in aduersum Galliæ littus ad Armoricas ciuitates, commigrarunt: vnde linguam ac mores eorum etiamnum retinent. Atque ita Romanis, à Transalpinis auulsis, totoque Septentrione amoto & diuersis hinc inde principatibus crescentibus, miserè labefactatum fuit eorum Imperium: ita ut tandem opem atque subsidium à Cisalpinis & alijs petere, Romani necesse habuerint, quibus anteà tot annis imperauerant. Decedente Honorio & Arcadio filius eius Theodosius Iunior (qui Persarum Regi, Isdigerdi in tutelam fuerat traditus) Imperium consequitur, & Eudociam eruditam fœminam, vxorem dicit, cumq; domi

*Alaricus Goth.**Rex.**Roma capta à Gothis.**Adulphus Gottherum R.**Gothi in Hisp.
Catalania
quasi Gothalia.**Burgundiones.**Burg. Castell.**Franci.**Pharamundus**Fr. R.**Anglosaxones.**Hengistus &**Herso Ff.**Armorica.**Theodosius Iunior.**An. C. 423.**Isdigerdes Pers.**Eudocia Cons.**inx Theo.*

*Valentinianus
III.
An. C. 425.
Gensericus Van-
dal. R.
Roma capta.
Attila Hunnor.
Rex.
Hungari.
Argentina
Strasburg.*

*Attila terror
gentium, Fla-
bellum Dei.
Attila victus,
ab Aëtio Va-
lentin. Duce.
Aëtius inter-
factus.
Leo Rom. Epi-
scop. mitigauit
Attilam.
Venetia extru-
cta.
Rivvaldt.
Cæsares varij:
in Occidente.*

*Odoacer. Rex:
Herul.*

*An. C. 476.
Arthurus Bri-
tan. R.
König. Arthus
hoff.
Theodoricus:
Bernensis.*

forisque res magnas gessisset, & Religionem Christianam varie iuisset, anno 42. Imperij decedit. Valentinianus interim III. Italiam occupat, in qua tum grassabatur, Gensericus Vandalorum Rex, qui & ipse captam urbem Romam diripuit, magnasque opes in Africam transtulit. Hunni etiam gens Septentrionis eadem tempestate Pannonias, duce Attila, late depopulatis sunt, & Hungarum nomen dederunt. Idem Attila peragratis Germanijs, vrbes ad Rhenum deuastauit complures, & in his etiam Argentinam, urbem fortissimam, quam per fractis mœnijs peruiam fecit: & Strasburgam appellari voluit, vnde ciuitati illi non mansit in hodiernum usque diem. Postmodum ad alia vicina loca profectus, incredibili celeritate, magnas admodum impressiones fecit, damnaq; horrenda intulit: ita ut terror gentium & Flabellum Dei diceretur. Sed hunc Aetius Romanorum dux, bellicis artibus clarus, in campis Catalaunicis, concursu ad Tholosam facto, graui certamine superatum, abire coegerit, ipse Aetius post à Maximo, Valentiniani iussu interemptus. Sed Attila recollectis copijs, iterum peruersit Italiam, & totam vehementer conterruit, precibus tamen Leonis victus remittitur. Veneti in Adriani sinu aestuaria profugentes, medijs in fluctibus, ad locum etiamnum celebrem, qui Rivaltus nuncupatur, urbem extruxerunt amplissimam, quæ suis legibus firmata, ex nauigationum quoque oportunitate, rerum copia, & affluentia crevit, maxime, & hodieque floret. Interim varij vrbis praefecti, qui Cæsares nominabantur, Romæ grassantur potius, quam dominantur: in quibus fuit Maximus, Auitus, Magoranus, Seuerus, Anthemius Ricimer, Olybrius, Glycerius Nepos, Orestes: donec ad Augustulum Orestis Filium res redijt, quem Odoacer Rugiorum & Herulorum Princeps, post Rex Italiæ, dignitate exuit, & Occidentem penitus ab Imperio Romano auulsit, Romaque urbe iterum direpta, in Italia annis quindecim regnauit, anno CHRISTI 476. Mundi 4446. Floret circa haec tempora Arthurus Britanniarum princeps, maximis rebus gestis, animi corporisque viribus clarus: qui rotundæ mensæ proceres conuiuas primum adhibuisse creditur, nequa esset in sessione ambitio. Theodoricus item Bernensis, & alij

alij celebres Heroes. In Oriente sublato iam etiam Valentiniano, succedit Valerius Martianus, iam senex, strenuus aliâs ac bellicosus, qui Iulium & Tatianum Fratres administrationi rerum adiunxit: cumque anno septimo Imperij decessisset, sufficitur ei Leo primus siue Magnus ex Græcis hominibus, qui eiusdem nominis, Leonem, filia natum, successorem reliquit, cùm annis 17. præfuissest Imperio. Tum Byzantium siue Constantinopolis, incendio maxima sui parte absunitur. Leo autem ille Iunior, patri Zenoni coronam tradidit vltro, quam etiam annis 17 obtinuit, tandem crapula sopitus & viuus ab vxore sepultus. Basilisco tamen Tyranno, qui ipsum antè hoc deiecerat Regno, capto & in exilium misso, cum uxore: ubi ambo fame, & frigore perierunt. His temporibus & urbem Romanam incensam tradunt, & supra mille ducenta librorum millia perijisse, maximo humani generis incommodo autumant. Leoni ac Zenoni successit Anastasius Dicorus seu Silentarius, sub cuius Imperio Bulgari primum sunt cogniti: & status Ecclesiæ sic satis turbulentus fuit, propter Eutychianos: nec Reipub. tutæ conditio, propter tumultuantes Vandulos, Gothos & Vitalianum, qui in Oriente seditionem mouit. Sed cum imperasset annis 27. fulmine iefus interijt. quem secutus est Iustinus, humiliè Thracia loco oriundus, sed qui melius, quâm sperabatur, res administravit, & in Ecclesia & in Republica annis 7. & Iustinianum filium sororis successorem fecit, qui virtute Bellisarij primum Persas, inde Gothorum & Vandalarum Reges Vitigem & Gilimerum debellavit, & Africa expulit: Totilam verò ab urbe Roma & alijs ciuitatibus Italiae captis, incensis, vastatis, vario successu repulit.. Itemque Narsesis ducis opera & Longobardorum copijs instructus, eundem Totilam ac Teium saeuissimos hostes Romani nominis cum omnibus copijs deleuit, ita ut deinceps Gothicum nomen ex omni Italia sublatum fuerit: Quo bello confecto, Longobartis fertilissimum Insulæ agrum & urbem Mediolanum, (quam antea Gothi vastarunt, plusquam 30000 hominum ibi occisis.) concessit habitandum: qui ijdem viribus atque opibus ita creuerunt, ut post Italiam totius dominatum quæsuerint: Fusis torpopulis, cum longè la-

Valer. Martia-
nus.
An. C. 450.

Leo I. seu Ma-
gnum.
An. C. 457.
Constantinop-
lis incensa.
Leo Iun.
An. C. 473.
Zeno viuus se-
pultus.

Basiliscus Tyr-
on incendium Ro-
me.

Anastasius Di-
corus.
An. C. 491.

Iustinus Thrax:
An. C. 518.
Iustinianus
Cesar.
An. C. 527.
Bellisarius dux
Iustin.
Gothi & Wan-
dali visti.
Vitiges. Gili-
mer.
Narses.
Totila.
Teius.
Longobarthi.
Clades Mediol.

*Iuris ciuile in-
stauratum.
Tribonianus,
Dorothei, &c.*

*Synodus OE-
cum. 5.
Hæreses dam-
natae.
Templ. S. So-
phiae Constant.
Iustinus Iunior.
An. C. 565.
Tiberius Ani-
tius.*

*Exarchatus in
Italia cœpit.
Longinus.
Mauritius Imp.
An. C. 563.*

*Turce primum
auditi.*

*Phocas Tyr.
An. C. 602.
Rom. Pontifex
Primate init.
Heraclius Imp.
An. C. 611.*

Cosroes Pers. R.

teque iam victor existeret Iustinianus, ad munus Imperij porro stabiliendum, adiecit doctrinam Iuris ciuilis, temporum calamitatibus grauiter suppressam: eamque opera Tribonianus Dorothei, Theophili & aliorum in vnum Corpus collegit, & in certa volmina Pandectarum, Codicis, Institutionum & Nouellarum distinxit, opere immortalitatis memoria persequendo. Ecclesias quoque summa pietate & cura, constituit, & per Synodum OEcumenicam 5 præcipuas Hæreses, Samoetani, Arij, Nestorij, Eutychis & simil. damnauit: magnificis quoque structuris delectatus, multas passim vrbes auxit & ornauit: in primis Constantiopolin Sophiæ templo, quod hodieque cum admiratione visitur. Decedit anno Christi 565 reddito Imperio Iustino Iuniori. sororis suæ filio, qui sublati tributis Persas composuit, atque Tiberium Amicum per adoptionem sibi coniunxit, cum imperasset annis 12. hic cum Persis feliciter, deficientibus Armenijs, sed aduersus Longobartos, qui imminebant tum Italiae. minus prospere pugnauit: vnde potentia illorum nouum in Italia Magistratu opposuit, quem Exarchatum dixit: & primum Exarchum siue Vicarium in Italia constituit Longinum. Decedens Iustinus post annum Imperij 7. Mauricio, simul cum Persis & Longobartis, Hunnos quoque & Scythes & Caianum Auarum siue Hungarorum Ducem comprimendos tradidit, quem post vigesimum Imperij annum, multis rebus fortiter, prudenter moderateq; gestis, Phocas, per insidias vita priuauit, vna cum vxore & liberis in conspectu eiusdem sublati. Sub Mauricio, Turcarum nomen primum fuit auditum, quos è Scythia prodeentes, per Armeniam, Cappadociam, ac Pontum excurrisse primum & regna quæsiuisse, verisimile est. Phocas factus Imperator, avaritia ac luxuria fuit deditus, nec prouincias Imperij à Barbarorum incursionibus defendit: Romano tamen Pontifici ianuam patefecit ad Primum omnium Ecclesiarum, aliás ineptus, indignus tanto fastigio. Itaque ab Heraclio & Photio facta conspiratione post annum 7. Imperij horribiliter truncatus toto corpore, sublatus est. Heraclius pius, fortisque Princeps recepta Ægypto, Syria ac Hierosolyma, Persas profligauit, Cosroes eorum rege superato, Arabum

Arabum armis maximè: quibus cum stipendia solita negarentur, Mahemetis cuiusdam ducis illorum, hominis astutissimi, noua atque malitiosè ex diuersis cultibus Religione conflatâ, (quam hodie Alcoranum vocant) & licentia, armis quælibet occupandi data, breui factum est: vt ipsi principatum sibi asseruerint, & Arabiæ, Syriæ, Ægypti, Persarumq; viribus aucti, totum penè orbem diuersis temporibus exagitauerint, & adhuc exagitent hodieque, magna cum Imperij Romani iactura atque infamia, quos vitinam compescat tandem altissimus, ad sui nominis gloriam, & Christianorum salutem.

Mahometes
Turcorum Dux
& Alcorans
conditor.

Cæterùm turbatæ tūm per orbem res erant omnes, diuulso Meridie à Romanis, cum magna Orientis parte atque Septentrio-nis: cunctis populis pro libitu agentibus quiduis, & Romano Imperio non solum parére recusantibus: sed vltrò etiam illud armis hostilibus inuidentibus. propter potentiam suam, quæ non modo Saracenos in Asia tota: sed & Hispanos in Africa: & in Europa Germanos, Gallos, Britannos, Italos, Longobarthos, ita armauit: vt nihil non vel contrà Imper. Romanum, vel etiam aduersus se inuicem ipsi. auderent. Itaque Heraclio anno Imperij 30. decedente, Constantinus Filius sic satis afflictum accepit Roma-num Imperium, verùm Martinæ nouercæ insidijs, dato veneno, paulò pòst interimitur, quæ ipsa cùm Heracleone Filio aliquan-diu res cum tenuisset, scelere cognito, à Senatu ignominiosè remota est cùm Filio (cui nasus fuit mutilatus: Matri autem lingua præcisa, ne vt erat eloquens, populum oratione flechteret ad misericordiam) & Constanti Imperium delatum, qui idem tamen, cum Saracenis & Longobartis infeliciter dimicauit, cumque ex actionum grauitate crudelitateque in Sicilia odiosus factus esset, insidijs quoque suorum perijt, feruentiaqua in balneis perfusus, anno 27. Imperij. Ei filius Constantinus 4. successit, qui pòst, cum è Sicilia redijset, ab enata barba Pogonati nomen consecutus est. Hic cum Fratribus Tiberio & Flauio Heracljs, Saracenos fortiter repulit: nauibus eorum igne græco, h. e. sub aquis ardenti, artifi-cio Callinici, incensis ac perditis tributa persoluere coëgit: Bulga-ros gentem Scythicam, in Moesiam abegit, & pòst annū 17. Iusti-niano

Constantinus
Fil. Heracl.
An. C. 641.
Martina.
Heracleones F.

Constans.
An. C. 642.

Constantinus
Pogon.
An. C. 669.

Ignis Grecus
Callinici.

Leontius.
An. C. 696.

Tiber. Absimarus.
An. C. 699.
Philippicus.
An. C. 712.
Artem. Anastasius 2.
An. C. 715.
Theodos. 3.
An. C. 716.
Leo 3. Iconomachus.
An. C. 717.

Constantinus Copronymus.
An. C. 1 47.
Artabasdus.
Leo 4.
An. C. 775.
Constantinus Porphyrog.
An. C. 780.
Irene Imper.

Pipinus Gal. R.

niano 2. filio Imperium tradidit, qui Arabas & Bulgaros imprudenter concitauit, cumq; sauitia sua esset molestus subditis, nares amisit: vnde Rhinotmetus dictus fuit. Leontij & Callinici opera pulsus, ad Trebellium Bulgarorum regem confugit, & ab eodem restitutus inimicos suos ita vltus est: ut quoties nasum emigeret, toties vnum ex ijs occideret: vincos etiam per urbem traheret & pedibus ceruices illorū calcaret: acclamante populo, super aspidem ambulabis: donec iterum deturbatus est: & cum Imperio vita priuatus, quod post eum suscepit Leontius quem Tiberius Absimarus deiectum, & naribus decruncatis in Monasteriu conclu- sit, post annis 7 Imperium pervim detinuerat. Hos consecuti sunt Philippicus, qui annis duobus præfuit, nec Bulgaros à Thracia repulit, sed Ecclesię pariter & Politię molestus fuit. Inde Artemius Anastasius secundus, qui Arabas tentauit: commodus & iustus Princeps, per inuidiam verò deiectus, in Monasterio perijt, cui successit Theodosius tertius dictus Adramittenus pius & bonus, qui rerum difficultati succumbens, altero statim anno Imperium depositus, monasterium ingressus, ac Leonii tertio Isuoro siue Iconomacho cessit, qui Saracenos ab obsidione Constantinopolis repulit, & imagines Christi, Mariæ, &c. è templis eiecit, & tandem post 24. Imperij annum decedens, successorem reliquit Constantiū Copronymum, qui Bulgaris bellum intulit, & Artabasdū repositum, cum liberis, luminibus priuauit, filioq; Leoni 4 æquè impio cessit: post annum Imperij 35 cuius filius Constanti⁹ Porphyrogenitus, cum matre Irene prudentissima atque integerri- ma fœmina Imperium adiunxit, annis 10. Sed iam dissipata erat Romani Imperij potentia: Oriens à Saracenis multum afflic- tus, nihil ferè poterat amplius: in occidente Exarchorum capta Rauenna, nulla amplius erat autoritas, iamque Longobarti totius Italie dominatu erant potituri. Nec minus Pontifices Ro- mani interea rem fecerunt, & facta donatione Conflantini Ma- gni patrimonium Ecclesię mirificè auxerunt. Cum autem vi- derent quæ à Barbaris sibi imminerent discrimina, euocarunt Cisalpinos principes, quorum iam magna erat potentia. Regna- bat autem tum apud Francos & Germanos Pipinus, Caroli Mar- telli

telli filius, qui Longobartos Italiam prementes pacem facere coegerit, & regnum stabiluit. Huius deinde Filius Carolus, ex rerum gestarum amplitudine, Magni nomen consecutus, rebus domi compositis, petente Adriano Pontifice, cum ingentibus copijs in Italiam venit. Is Desiderium, Longobartorum regem, in ditionem accepit: Insubriam præfectis administrandam tradidit, multaque egregia per Rolandum sororis filium, animi corporisque viribus præstantem, effecit: quæ postea multis fabulis fuerunt inuoluta, & apud Germanos retenta. Nec minus in Germanijs aduersus Saxonas & eorum ducem Wittekindum, expeditionibus 24. factis, bella gessit: Itemque contra Bauaros & eorum ducem Tassilonem, gentesque confederatas Sorauos, Hunnos & Auares duxit: deinde in Gallijs aduersus Aquitanos & Vascones: in Hispanijs contra Saracenos: in Septentrione contra varias gentes res præclaras gessit: Italiam pacauit, & tandem communi consensu & acclamatione, omnium Ordinum, Imperij Romani decus accepit, & Augustus nominatus est Anno à nato Christo octingentesimo. Quod Imperium dignissimè gessit annis 14. per totum propè Occidentem: Germaniam maximè Galliam, & Italianam. Ecclesiæ pijs & orthodoxis Ministris constituens: Scholas linguarum & artium erigens, cum primis Parisiensem Academiā: Collegia plurima ditans atque exornans: priuatim denique liberalitate ac munificentia sua omnes sustentans. ac licet multa quandoque interuenient mala atque incommoda: tamē fortitudine sua, sapientia, moderatione animi, humanitate, liberalitate, pietate in primis, & retinuit dignitatē Imperij, & ad posteros Germanos nunquam intermoritura cum gloria transmisit. Orientis statū nomine tenuistum adhuc tenebat Irene, quam missam à filio in exiliū ciues reuocarunt. Nicephorus illa depulsa & omnipotestate Constantini Copronymi sublata auarè & crudeliter res administrat annis 9 sed Bulgaris impressiōnem facientibus cum suis opprimitur, & occiditur à Monacho: cui successit filius Fl. Stauratius: sed mox à Michaële Curopalate submouetur, qui Bulgaris anno 2. cessit, & in solitudinem abiit. Leo Armenius secutus, comparata de Bulgaris victoria, in rerum tranquillitate crudelis fuit: ideo à Michaële Balbo per infidias anno

CAROLVS
Magnus.
Adrian. Pont.
Max.
Desiderius
Longobart. R.
Rolandus Ma-
gnus.

Academia Pa-
risiensis.

Nicephorus.
An. C. 802.

Fl. Stauratius.
An. C. 811.
Mich. Curopa-
lates. A.C. 811.
Leo Armenius.
An. C. 813.

Mich. Balbus.
An. C. 820.

Theophilus.
An. C. 829.
Michaël 4.
An. C. 842.
Theodora Imp.
Basilius Macedo.
An. C. 867.
Saraceni, Turce.

Leo Philosophus.
An. C. 886.

Alexander.

Constantinus 8.
An. C. 909.
Andronicus Tyrannus.
Romanus Iun.
An. C. 959.

Nicephorus Phocas.
An. C. 963.

Imperij octauo, sublatuſ est. Hic Michaël, Thomam Tyrannidem appetentem compressit, & nouem annis Imperium tenuit, Saracenis interim Cretam Insulam occupantibus, quibus cum Filius huius Theophilus, minus feliciter dimicauit, & cum præfuisseſt annis 15. Michaëli filio cefſit, qui matrem Theodoram Imperij conſortem conclusit, ipſe ſocordia & largitionibus res imprudenter tenuit, annis 24. donec à Basilio Macedone collega fuit submotus, qui potitus Imperio, in Creta cum Saracenis dimicauit. Saraceni ex Afrika tūm progressi, Italia peruastata in Dalmatiam uſque latifimè excurrerunt, & Turcas diſpersos hiſce Temporibus collegerunt, ſibi mercenarios habuerunt, eorumque opera Babylonios ac Indos subegeſt. Pōſt cum hiſ ipſis Turcis Societatem, per Mahometanām religionem inierunt Saraceni, & coniunctis armis extera regna magno ſuccēſſu petiuerunt: Saracenis quidem Ægyptum & magnam Asię partem tenentibus: hiſ verò Turcis, in Europam noſtram irruentibus: quam mutuis diſſidijs laceratam, ſuę potentiaę poſt ſubjcere haud quaquaam fuſt difficile. Basilius tamen Macedo cūm imperaſſet annis 17. tribus filiis reliquit Imperium Orientis, ē quibus Leo philoſophus (aſtrorum peritus, vt & pater) à Turcis aduersus Bulgaros habuit auxilia, cum Saracenis quoque bono ſuccēſſu conſlixit, cumque præfuſſet annis 17. fratri Alexander Imperium reliquit, qui res, præfectis, nullo delectu, adhibitis, cūm relinqueret gubernan‐dris: luxu & ignauia maluit diſfluere. Ideoque anno 2. erupta vena & ſanguine per nares pudendaq; effluente extinctus Constantino reliquit Imperium, quiliterarum pariter & rei militaris studiosus oppreſſit Andronicum Tyrannidis inuaſorem, & Bulgaris reſtitit, cunq; anno 39 grauis ei foret administratio aſciuit ſibi Romanum Lecapenum, qui Imperium cum filiis Basilio & Constantino inuaſit: ſed ſublati hiſ, filio Leonis Romano id tradere coactus eſt hic annis 17. tenuit illud: Saracenos Cretam occupantes & Turcas per Asiam excurrentes cohibuit, matrem verò atque ſorores indignè traſtauit: cui ſuccedens Nicephorus Phocas cum iſdem Saracenis variè in Sicilia pugnauit & cū per Asiam longius eos ſequeretur, Antiochiam recepit, exoliſ autem ſuis.

suis posteā, propter avaritiam & socordiam, à Iohanne Zimisce interimitur, post sextum Imperij annum, qui adeptus Imperium, collegas sibi adiunxit Basiliū & Constantīnum: Rhoxolanos gentem Scythiæ, capto rege eorum, à Bulgaria repulit: reuersus Byzantium, veneno tollitur, & collegis Orientis Imperium relinquit, qui illud tenuerunt usque ad annum C H R I S T I, 1028. tenuerunt quidem, concisum & varijs fortunæ fluctibus agitatum.

In Occidente autem Carolo Magno Aquisgrani defuncto, successit Ludouicus Filius, cui ex morum probitate Pij nomen datū est. Hic legatos multarum gentium exceptit, & pacta cum Græcis fœdera, Leone Imperium obtinente, confirmauit, cumq; iam Moguntiæ moriturus esset, tribus filijs amplissimum Imperium totidem in partes diuisit, cum præfuissest annis 26 Maximo nimis natu Lothario, dedit Imperij munus, Italiam, Narbonensem, Galliam & Lotharingiam, quæ ab eodem nomen obtinuisse creditur. Ludouico autem II populos Germaniæ vtrà Rhenum positos concessit: Carolo Caluo natu minimo interiectas terras, ad flumen Mosam & Galliarum maximam partem attribuit. Sed neque hæc distributio satis felix erat, etenim suscitata inter Fratres discordia, infestis armis apud Fontanaicum in Gallijs concurrerunt, viribus autem debilitatis, utrinq; posteā reconciliati sunt. Lotharius post ingentem dimicationem cum Fratribus, in qua plus quam centum millia hominum occubuerunt, priuata vitam agens in Brumiensi Monasterio anno Imperij 15. Ludouico filio Imperium tradidit, qui Saracenos fortiter ab Italia repulit, & annis 19 Imperium tenuit. Carolus inde Caluus, à Iohanne Pontifice, creatus est Imperator: quem filij Ludouici Germanici ad Andernacum bello gesto, superarunt, anno Imperij 2. quo etiam, veneno dato à Sedechia Medico & Iudæo sublatuus est Pontifex eiusdem Carolifilium, Ludouicum Balbum prima ætate Imperatorem facit: sed mortuo hoc in magna rerum difficultate, Carolus Crassus Ludouici Germanici filius sufficitur, qui Saracenos magna virtute profligauit, & Normannos à Galliarum populatione continuit prælijs commissis: pacemq; cū illis fecit, ea lege: ut Christianam fidem susciperent: data insuper

Iohannes Zi-
misce.
An. C. 969.

Ludouicus
Pius.
An. C. 813.

Ludouicidisti-
butio Imperij.
Lotharingia à
Lothariodicta.

Lotharius Cæs.
An. C. 840.
Ludouicus II.
An. C. 855.
Carolus Caluus.
An. C. 875.

Sedechia Iud.
Ludouicus Bal-
bus.
An. C. 877.
Carolus Crassus
An. C. 879.

*Arnulphus.**An. C. 887.**Clades Normannorum. 100000.**Berengarius.**Guido Spolet.**Dux.**Italia ab Imperio auulsa.**Carolus Simpl.**Gal. R.**Ludouicus 4.**An. C. 899.**Stirps Carolinæ defectio in Franconia.**Conradus Saliquus.**An. C. 912.**Lex Saliqua in Feud.**Henricus I. princeps Saxon.**An. C. 920.*

filia Lotharij vnà cum Frisia, Godefrido duce Normannorum, tandemque tota Normandia concessa. Depositus autem à Proceribus, & ad summam paupertatem redactus anno Imperij nono, successorem reliquit Arnolphum frarris filium, qui Morauos est adortus, & Normannos à Rheni ripis prohibuit: ingenti pugna commissa, in qua Normannorum centum millia periisse scribuntur. Æmulos habet Imperij Berengarium è Longobardorum Regum stirpe in Gallia togata: & Guidonem Spoletanum Ducem in Italia, quorum potentia demum Italia ab Imperio auulsa est. Profugit ad hunc Carolus Simplex Galliæ Rex Lud. Balbi Filius, ab Othono Andegauensi pressus, qui tutorio nomine Galliam gubernauit: tandem Italix pacandæ caussa Romam reuersus, & à Pontifice Formoso coronatus, ex pharmaco decedens anno 12. Imperij, reliquit illud Ludouico 4. filio. Hic cum Vngaris, Bauariam vastantibus apud Augustam Vndelicorum infeliciter conflixit: Italiam quoque Lombardiam, Saxoniam, & Thuringiam vedit afflictam: & Berengariorum Tyrannidem expertus est: tandem anno Imperij 12. extinctus in hoc defecit stirps Caroli M. in Franconia, cum imperasset annis 112. Huic successit Conradus, cognomento Saliquus, quod esset è Saliorum, h. e. Francorū, qui ad Salem amnem imperabant. natus: vnde etiam Lex Saliqua in lib. Feud. contrà Mulierum successionem nomen inuenit. Princeps strenuus, animo & corpore valens, qui aduersarios suos & æmulos Arnolphum Bauariæ Regem: Burckhardum Sueviæ Ducem, virtute consilioque fregit & oppressit: Pannonas quoque sibi oppositos profligauit, ac post annum septimum Imperij, Henricum primum Aucupem Othonis Saxoniiæ Duci Filium, successorem fecit auxilio Procerum Germaniæ: eò quod antè Otho ille ad se delatum Imperium, ad Conradum transtulisset, eiique per Eberhardum fratrem insignia Imperij misisset. Hic princeps cum esset robore corporis, animi magnitudine, pietate, moderatione, consilioque præstans, Arnolphum Bauariæ ducem compescuit: Vngaros ad Merspergum memorabili prælio deuicit: clamante eius exercitu κύριος ἐλένον, κύριος ἐλένον: debellauit Dalmatas, Bohemos, Normannos, Danos, Obotritos: Brandenburgum Henetorum

rum urbem expugnauit, & ibi Marchionem collocauit: quemadmodum etiam in Misnia atq; Lusatia aduersus Bohemos, & Sles. uici contrà Danos, Marchiones, ceu Duces ac Tutores limitaneos, constituit: multos ex Barbaris ad fidem Christianam conuertit: spolia hostium ad pios vsus Ecclesiarum, Scholarum & pauperum destinauit: vnde pater Patriæ dictus: tandem mortuus ac sepultus Quedlinburgi multis rebus præclarè gestis, per annos octodecim, tradidit Imperium Filio Othoni, primo huius nominis ex Germanis. Hic coronam assedit, aduersarios habuit Eberhardum Palatinum Ducem, & Giselbertum Lotharingiæ Principē: qui quòd essent posteri Caroli M. & Francorum, sibi Imperium deberi putabant: cum his multi se se coniunxerūt Episcopi, & ipse Henricus frater Othonis, vt eum dignitate Imperiali exuerent: sed in extremo confictu, cum Eberhardus Palat occubuisset: Giselbertus fugiens in Rheno esset submersus, Henricus frater se dedidit Otoni, & ab eo Bauariæ Ducatum consecutus est: Episcopi monasterijs inclusi, partim puniti, partim in gratiam recepti sunt. Parem exitum habuit quoque altera conspiratio Ludolfi Filij, cum Friderico Moguntino, Conrado Lotharingo &c. quos omnes deuictos veniam supplices petere coegerit. Post multa alia, varia & periculosa bella gessit Otho, contrà Vngaros, quos penitus Bauaria expulit: contrà Saracenos in Calabria & Apulia: contra Berengarium in Italia, quem fractum tandem cepit, & Bambergam relegauit: rebelles autem ciues Romæ obsessit, & Leonem Pontificem restituit: Adelbertum quoque Berengarij filium res nouas in Italia molientem, expulit inde & seditiones coniuratosqne supplicijs affecit: Rauennam Pontifici donauit: Nicephori Constantinopolitani Imper. Legatos audiuit: pacem cum eo fecit, Theophania priuigna filio Othonis desponsata: Ecclesiæ & Episcopatus complures condidit: & in his Brandenburgensem, Haueburgensem, Misnensem, Cizensem, Magdeburgensem, eiq; primatum in omnes Ecclesiæ per Germaniam tribuit, vrbe Magdeburga multis Priuilegijs dotata, vbi & sepultus est, postquam annis 36. gessit Imperium. Huic successit Filius Otho 2. qui & ipse Henricum Bauarum rebellantem habuit,

*Henricus Au-
ceps Pater pa-
triæ dictus.
Otho 1. siue
Magnus.*

*An. C. 936.
Æmuli Othonis*

Prelia.

Victoria.

Pietas Othonis.

*Mors.
Otho II.
An. C. 973.*

*Bella.**Calamitas.**Otho II. Pallida mors Saracorum.**Successus Turcarum in bello. Basilius & Constantinus Imp. Orient.**An. C. 963.**Constantinus 9.**Romanus Argyrus vel Argyropylus. Zoë Imperat. Michael Paphlago.**Michael Calaphates.**Constantinus Monomachus.**Theodora Imperatrix.**Michael Strat. vel Staurat.*

eiusq; Ducatum Othoni Suevię duci tradidit: Bohemos tumultu antes compressit: Patauium urbem vnā cum Frisingensi Episcopo cepit, Lotharingiam Carolo Lotharij fratri tradidit: à Lothario clade affectus, Galliam cum exercitu inuicem vastauit. In Italia Hetruriam & Calabriam volens recuperare cum Græcis & Saracenis dimicare coactus est: quo in prælio desertus à Romanis & Beneuentanis, fugiens à Nautis comprehensus est, & parua pecunia, cum esset ignotus, iterum dimissus, copias celeriter contraxit, quantas potuit, & repetens prælium, Saracenos ad internectionem vsq; deleuit, dictus ex hoc **P A L L I D A M O R S** Saracenorum, mortuus Romæ anno Imperij 10 & in templo S. Petri sepultus.

In Oriente Turcæ rerum successu confirmati, grauius afflixerunt Imperium, quām anteā: his duo collegæ fratres Basilius & Constantinus fortiter sese opposuerunt, sed domesticis malis multum impediti fuerunt: maximè Iohanne Zimisce in Imperium sese intrudente. Vnde Basilius profectus est in Bulgaros, ijsque superatis, regionem eam totam principatui Orientis adiecit tandemque decessit, cum Imperium annis 50. cum fratre Constantino tenuisset, qui anno tertio pōst ad gubernationem ineptus, ut pote omnia committens præfectis & administris, tandem cessit Romano Argyropylo. Hic ducta in vxorem Zoë filia Constantini, cum Saracenis infeliciter pugnauit, pōst auaritiæ & ignauia se dedens, eiusdem Zoës insidijs sublatus est, anno Imperij 5. Eius adulter Michaël Paphlago Barbarus, pactis cum Ægyptiorum rege induijs, annis septem imperium tenuit: pōst Zoë in adoptionem Michaelem Calaphatem, auarum & crudelem hominem recepit, qui Zoën in exilium misit: sed ciues eandem reuocantes, Michaelem oculis priuārunt, Zoës & sororis Theodoræ Imperio contenti, hæc Constantinum Monomachum Imperatorem esse voluit, hominem effeminatum, qui etiam seditionibus domesticis exagitatus, tandem anno duodecimo Imperij oculis priuatur, quo tempore Turcæ per Asiam longè lateque excurrebunt. Theodora deinceps, mortua Zoë, Imperium aliquandiu gessit, adiuncto sibi Michaeli Stratiotico, quis ex deiectus est ab Imperio. Pōst apud Orientales in existimatione erat Isaaccius Comnenus.

Comnenus, cuius virtute videbatur principatus ille reparari potuisse: nisi circiter annum tertium ex pœnitudine factorum ingressus Monasterium Constantino Ducæ, consensu Senatus atq; populi Constantinopolitani, Imperium tradidisset: & hic sanè res domi forisq; componere sategit, annis septem: nec à studijs literarum alienus fuit: eius vxor Eudocia simul cum filijs Michaële Andronico & Constantino succedens, rebus laborantibus, in societatem administrationis & coniugij, sibi adiunxit Romanum Diogenem, qui à Turcis captus, facta pace, cum muneribus remittitur. Interim Michaël Parapinaceus Constantini Ducæ filius & Pselli discipulus, admissus est ad Imperium, & cùm Romanus co-naretur se te restituere, oculis priuatus est. Languescente autem ignauia Michaële isto, post sextum eius Imperij annum, Nicephorus Botoniates successit, quo itidem anno tertio pulso, Alexius Comnenus receptus est, qui varijs rebus annis 33. gestis extructis Orphanotrophio & Musæo tandem Imperium tradidit filio Caloioanni, qui sic satis felix Scythas, Turcas, Persasq; deuicit.

In Occidente, Imperio Romano jam ad Germanos translato. Otho III. Imperator salutatur qui Brunonem patrum suum dictum poste à Gregorium V. Pontificem creavit: aduersarios eius Ioannem Pontificem & Crescentium consulem compressit, supplicioque affecit: ac vt in creando Imperatore, solitas controvierias radicitus tolleret, constituit graui consilio per Germaniam, Septemuiratus dignitatem, Anno à Christo nato 996. vt alijs volunt, An. Chr. 1000. in qua tres collocauit Antistites, Moguntensem, Coloniensem, Treuirensim, & quatuor Imperij processores. Duxem Bohemiæ (qui post factus est Rex) Comitem Palatinum Duxem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgicum. Quibus rebus, vt & alijs præclarè gestis, & cum admiratione: ita vt ob id, vulgo diceretur Mirabilia Mundi: anno 19. Imperij decedit necatus veneno, affabre in chirothecis facto, quas ei Crescentij vidua miserat, cadavere Aquisgrani: intestinis verò Augustæ humatis A.C. 1001. Huius Othonis temporibus Hugo Capetus in Gallia regnauit: & Beroldus Saxo cum magno comitatu excedens Germania Bosonem ad Arelate regnantem adiuuit magna virtute, &

Morianam

Isaacius Comnenus.

Constantinus Ducas.

Eudocia Imperatrix.

Romanus Dogenes.

Michaël Parapinaceus.

Nicephorus Botoniates.

Alexius Comnenus.

Caleoannes Comnen.

Otho III. Imp.

An. C. 984.

Septemuiratus Institutio.

An. C. 1000.

Otho mirabilia Mundi.

Hugo Capetus.

Sabaudia.

Henricus II.
Imp.
An. C. 1001.

S. Cunigundis
castitas mira-
culo probato.

Henricus Imp. à
calculo diuini-
tus liberatus.
Willigis Car-
pentarij F. Ar-
chiepiscop. Mo-
guntinae.

Conradus II.
An. C. 1024.

Comes Babo de
Abensperg 32.
Filios Ratisbo-
nam adduxit.

Moriana valle donatus. Susios affinitatis iure sibi proximè adiunxit, cuius successores deinde Alpibus intermedijs, vtrinque Allobrogum atque Subalpinarum gentium terras latissimè possederunt, rebus vario successu gestis: & tuto montium transitu præstito, vniuersæ prouinciarum nomen Sabaudia imposuerunt. Cæterum communibus Electoratus auspicijs eligitur Romanorum Imperator, Henricus secundus Bauariæ dux, cognomento Sanctus, & Claudus, qui Bohemos & Vandulos cohibuit: Saracenos ab Italia deturbauit: Lotharingiam & Flandriam recepit, Pannoniás Christiana religione imbuit: ex eo Hungarorum Apostolus dictus. In Italia aduersarium habuit Ardoinum Regem, quem difficulter tandem deuicit in agro Mediolanensi: in Germania Henricum Austriæ ducem, quem itidem compescuit: in Bohemia Boleslaum, quem subegit, vna cum vicina Polonia: Episcopatus multos per Germaniam instituit, in primis Bambergensem, eique Principes Germaniæ & Electores Imperij Feudales, & quodammodo Vasallos fecit. Coniugem habuit castissimam, S. Cunigundam quæ in suspicionem adulterij veniens in conspectu multorum testium, vomeres carentes pedibus absq; omni detrimen- to calcauit, & castimoniam suam admirabili spectaculo comprobauit, quam Imperator etiam moriens restituit suis virginem. calculi dolore in somnis liberatus dicitur à S. Benedicto, executo calculo, & vulnere subito consolidato. sub hoc vixit Moguntiæ Archiepiscopus Willigis Carpenterij filius, qui rotas duas clypeo Moguntinæ Ecclesiæ inseruit: & thalamo suo grandiusculis literis inscripsit: recordare vnde veneris. Sublato Henrico 2. & Bambergæ sepulto: successit Electorum suffragijs & iudicio Henrici Sancti Conradus secundus, quem quidam etiam vocant Saliquum, quod esset ex gente Francica ad Salam de prosapia Caroli M. Hic in Germania æmulos habuit Cunonem Bauarum: in Italia Mediolanensem Episcopum, quos tamen omnes fregit, & in Italiam profectus, Mediolani ac Romæ coronatus est in Germaniam reuersus cum turbata plæraque offenderet, conuentum egit Ratisbonæ, in quo Comes Babo de Abensperg. cum triginta duobus filijs comparuit (tot enim habebat viuëtes, vna cum filiabus octo)

bus octo) non sine spectaculo quodam singulari. Stephanum deinde Vngariae Regem, bellum ob Bauariam mouentem, repressit: Burgundiam à Rege Rhudolpho pro filio Henrico accepit & Imperio adiecit: Othonem verò Celticæ Comitem inde depulit. Lombardos quoque rebellantes aliquoties compescuit: Sclauos & Vngaros perdomuit, tandem Republica & Ecclesijs benè constitutis propè Traiectum mortuus, Spiræ humatus est, vt & Gisela vxor, & filius, nepos atque pronepos, eius: vnde est inscriptio, quæ adhuc Spiræ legitur: *Filius hic, Pater hic, Avis hic, Proavis iacet isthi.* Decedens autem anno Imperij 15. successorem reliquit, Henricum III. cognomento Nigrum à principibus Electoribus Imperatorem designatum, de quo fabula fertur, quasi filius fuerit cuiusdam Comitis de Kalaw, cuius vxor ipsum in solitudine ac sylua pepererit, & qui, licet expositus varijsque periculis obiectus, tamen diuinitùs postea Imperium sit consecutus, & Gener Henrici factus. Hic Bohemos tributa pendere coegerit: Petrum Vngariae Regem contra Abam Tyrannum defendit ac restituit armis: Godefridum Lotharingum & Balduinum Flandriæ Comitem rebellantes cohercuit: exiit aledissidium trium Pontificum sustulit, & nouum Papam Suidgerum Bambergensem Episcopum in sede Pontificalia collocavit, vetera Iura Imperatorum in electione & confirmatione Pontificis, post Carolum M. & Othonem I. recuperavit: tandem Burfeldiæ oppido Saxoniæ grandi panis portiuncula suffocatus vel, vt alij putant, dolore, quem ex clade à Sclauis illata Lusatijs, acceperat, confectus, obiit: cum prius Henricum IV. fil Imperatorem designasset adhuc infantem anno Imperij sui decimo septimo. Hic à Conrado Suevo, Anne Archiepiscopo Coloniense, Othone Bauaro & Eberto Comite tutoribus educatus. Agnete matre res Imperij feliciter interim gerente, ad Imperij fastigium admissus est, coronam Aquisgrani impetravit, eamque urbem caput controuersijs Imperij sedandis constituit. Habitibus conuentibus Balduinum & Gothofredum duces in gratiam recepit: Rhudolphum Comitem in Rhinfelden posthabito Bertholdo Zaringiæ duci. Sueorum fecit ducem, non sine magno dissidio: Andream Vngariae Regem contra fratrem

Res gestæ.

Sepulture.

Henricus III.

Niger Imp.

An. C. 1039.

Res gestæ.

Exitus.

Henricus IV.

An. C. 1056.

Aquisgranum
Imper. ciuitas.

Res eius gestæ.

Rudolphus An-
ticasar.

Pericula.

Exitus.

Henricus IIII.
62. pralia com-
misit.

Godefrid. Bul-
lionae Leth.
Rex Hierosoly-
morum.
An. C. 1099.

Henricus V.
Imp.
An. C. 1107.
Infortunia eius.

Bella.

Exitus.

Belum defendit: cū Pontificibus Romanis varia certamina subiit: bellum noxiū & periculōsum inter Boleslaum Poloniæ Regem & Vratislaum Bohemiæ ducem diremit: cum Saxonibus bellum gessit: ab ijsdem accusatus apud Pontificem, excommunicatus & in locum eius suffectus fuit Rudolphus Sueus: cui Papa Gregor. 7. coronam misit cum hac inscriptione: *Petrā dedit Petro: Petrus Diadema Rudolphi*: vnde ingentia certamina sunt orta: donec Rhodolphus aliquot prælijs fractus, dexteram manū à Godefrido Bullionæo sibi præcisam, tandemq; vitam cum magna pœnitudine amisit quibus malis accesserunt & alia, Hermanni scilicet Luzelburgensis in Imperio æmulatio, eoque deposito Ecberti Thuringiæ Marchionis rebellio: tandem Filij Henrici V. aduersus Patrem nefaria conspiratio, à Pontifice & eius asseclis constructa, quas omnes calamitates innumeræ propè, annis 50. exantlatas, excepit Imperatoris extrema paupertas, custodia, Mors, & sepulturæ denegatio per totum quinquennium, quo cadaver eius Spiræ stetit in sarcophago lapideo extra templum: cum princeps fuerit verè magnanimus, liberalis, pius, constans, labriosus, in bellis felix: vtpote qui bis & sexagies cum hostibus conflxit, supra M Marcellum & Iulium Cæsarem: domi autem intersuos, ob fraudes Pontificum & Clericorum infelicissimus. Sub huius Imperio Gothofredus Bullionæus, maximas copias aduersus Saracenos & Turcas, in Palæstinam deduxit, & recepta Hierosolyma hostes illos latè profligauit, regnumq; ibidem constituit, memorabili ad omnem posteritatem exemplo: vnde & Heroibus orbis annumeratus est. Post Henricum quartum, successit filius eius Henricus V. qui impietatis aduersus Patrem pœnas dedit Pontificibus Romanis & alijs rebellibus quibus adhæserat. Nam ab his excommunicatus, & ab omni lure Electionis & confirmationis Pontificis Rom. Clerique deiectus, varijs bellis implicatus fuit: in primis Saxonico, in quo 45000 hominum vtrinque cedisse creduntur: & Polonio, in quo etiam fuit infelix: tandem mortuus Traiecti sine liberis, & sepultus Spiræ: relicto Imperio Romano in magna perturbatione, à Pontificibus Romanis, & alijs rebellibus conflata.

Nec

Nec minus res in Oriente, temporibus illis erant confusæ & periculorum plenæ ob domesticas seditiones istorum Principū: & ob perpetuas Turcarum incursiones: aduersus quos dimicauit Caloioannes, cui decedenti anno 25. successit filius, Emanuel Comnenus Tryphon, qui iniquior fuit Conradi Imperatoris & Ludouici Francorum Regis expeditionibus, contra communes hostes Christiani nominis susceptis. Vnde commotus Rogerius Siciliæ Rex, omnem tūm oram Græciæ & Thraciæ latè populatus est. Emanuel tamen cum Turcis dimicans, venit in periculum, & post annos 38. Alexio Comneno filio administrationem reliquit: sed hunc post annum tertium Andronicus Comnenus sustulit, & eundem post biennium, Isaacius Angelus, nihil tale sperantem, ignominiosè deiecit: hic Cyprum recipere tentauit. & Walachos aggressus est, sed minus prosperè: Fridericum quoque Enobarbum, cum exercitu in Syriam contendentem honorificè admodum excepit quæ molestè ferens Alexius frater, oculis eum priuauit. Inde Alexius junior Isaaci Filius ad Imperium subiectus est. Sed hunc homo ignobilis Murziphilus interfecit, ideoque de eo sumptum supplicium In his domesticis cædibus & Orientis tumultibus munus istius Imperij Constantinopolitani quindecimuirum suffragijs, committitur, Balduino Flandriæ & Hannoniæ Comiti, viro admodum præstanti qui breui omnia amissa ad Hadrianopolin vsque recepit, à Scythis tamen victus & captus miserabiliter interiit. cui succedens frater Henricus, affinitate iunctus Walachis, amicitiam illam confirmauit, & annis 11. Imperium retinuit, cum alij imperarent etiam Niceæ: Lascaris nimirum annis 18 & post Iohannes Ducas annis 33. Constantinopolitamen mansit gener Henrici, Petrus Antisiodorensis, quem quinto anno Imperij Theodorus Lascaris circumuenit. Interim Byzantium proficiscitur Robertus Petri filius: sed anno septimo in Achæia morbo interiit. Huius filius Balduinus secundus nondum Imperio maturus, Iohannem Brennium adiutorem habuit: sed cum is forâs ad Bosphorum copias educeret, interim Michael Palæologus Græcus urbem proditione recepit, & Imperium occupauit: cùm interim quoque enatum esset tertium in Oriente

Caloioannes.
Emanuel Comnenus.

Rogerius, Sicilia Rex.

Alexius Com.
Andronicus.
Isaacius Angelus.

Alexius Sen.
Alexius junior.

Murziphilus.
Balduinus
Flandriæ Com.
Imp. Constantiopol.

An. C. 1204.
Henricus eius
Fr. Imp. Constant.
Imper. Orient.
Niceæ.
Lascaris.

Ioh. Ducas.
Petrus Antisiodorensis Constant.
Theodorus Lascaris.
Robertus.
Balduinus 11.
Ioh. Brennius.
Michael Palæologus.

*Imper. Orient.
Trapezunti.*

*Lotharius Sa-
xo Imper.
An. C. 1125.
S. Bernhardus.*

*Res gestæ Lo-
thary.*

*Irnerius IC. in-
staurator Le-
gum Rom.*

*Pandectæ Flo-
rentinae.*

*Exitus Lotha-
rij.*

*Conradus III.
An. C. 1139.*

*Welphus Ba-
uariæ dux.*

*Pietas mulie-
bris.*

*Expeditio Con-
tin Syriam.*

*Perfidia Ema-
nueli Paleolo-
gi Orient. Imp.*

Trapezuntinum, quod Cappadociam & Colchidem complectebatur, duravitque ad annum Christi 1461. quo occupatum est à Mahomete. In Germania cum Henricus quintus post annum Imperij 20. cessisset fato, Lotharius secundus Saxo factus Imperator, & mulos Imperij Fridericum Sueuum: & Conradum Francum repressit, vsus opera S. Bernhardi in cōpositione: Vlmam vrbem, ob denegatum aditū, vi cepit ac diripuit: Bohemos compescuit: Innocentium II. Pontificem Rom. contra Pseudopapam defendit: Rogerium Sicil. Regem, Apulia & Campania expulit: Romanæ Ecclesiæ autoritatem defendit & auxit. Dein velut alter Iustinianus iuris ciuilis disciplinam in terris Imperij instituit, perpetuumque adiumentum, dirimendis priuatis & publicis controvërsijs attulit: dum consilio & studio Irnerij ICti, hominis Germani, Leges Romanas in Apulia repertas explicari fecit, & in Iudicijs usurpari: Florentiæ in Palatio Thesauro illo reposito, vbi adhuc asséreratur: mortuus tandem propè Tridentum, & sepultus Cæsareæ Lothariæ inter Helmstadium & Brunswigam, præcipuis Heroibus adnumerandus. Huic succedit Cunradus III. Sueus, qui initio aduersantem sibi Henricum superbum, Bauariæ ducem, in ordinem rededit, Saxones rebellantes domuit: Welphum Bauaricum, ob electum Leopoldum Austriae obfedit in arce Winsberg, in quo cum Matronæ oppidi ante dditionem peterent: vt sibi liceret cum suis rebus, quas humeris gestare possent, discedere: annuente Imperatore relictis omnibus alijs rebus, suum quæque maritum humeris suscepimus ex oppido effert, in quibus etiam fuit Welphus acerrimus Cæsaris hostis, quo spectaculo Cæsar ita fuit delectatus: vt exportatos ab vxoribus ciues incolumes dimitteret, & Welphum in amicitiam reciperet. Expeditionem in Syriam suscepit suasus Bernhardi, socijs Friderico Sueuo, Welpho Bauaro, & regibus Galliæ Angliæque: sed in Græciam cum peruenisset, perfidia Immanuelis Palæologi Reg (qui Germanorum exercitus cibis, gypsum admiscerit, ex quo multi ægroti & mortui milites) re infecta post annum tertium reuersus est. Exornauit multas celebres Germaniæ vrbes & in his Noribergam, in qua Monasterium ad S. Ægidium

dium condidit: & Lubecam, quam priuilegijs donauit. Mortuus Bambergæ An. Chr. 1152. cum imperasset annis ferè 15. Eo sublato, Conradi ex fratre Nepos, Fridericus primus Sueviæ dux cognomento Ahenobarbus, à ruffa barba, electus & Aquisgrani coronatus est Imper. Hic Gibellinorum & Guelphorum potentissimas per Germaniam factiones sustulit, quoad potuit: Zuenonem & Carutum Principes, de Dania contendentes composuit: Henricum Bauariæ & Saxoniam Ducem, cum Alberto Marchione in gratiam reduxit: Mediolanenses rebellantes bis cohercuit: urbem illorum solo æquauit, & aratum in Crucis modum per medium vrbis traxit, saleque aspersit: Henricos duos, vitricum Austriacum & priuignum Saxonem reconciliauit: Austrię Marchionatum conuertit in Ducatum: Welpho Spoletanum ducatum, Tusciam & Sardiniam tribuit: Pontificum Adriani 4 & Alexandri 3 ambitionem per Germaniam fregit: ab ijsdem vicissim affligitur, & Venetijs captum filium Othonem liberare volens, duras ab Alexandro 3 conditiones suscepit: pedibus ab eo conculcatur in vestibulo S. Marci, adiectis verbis Psalmi. Super aspidem & Basilicum ambulabis: accepta venia pacauit Italiam. Iura Feudalia per Germaniam instaurauit: Studiosis Scholarum priuilegia & immunitates perpetuas concessit: bellū in Saxonia inter Henricum Ducem & alios Principes composuit, grauiter multato Henrico rebellante: Bellum sacrum contra Saracenos suscepit, socio Gallorum Rege Philippo, & Rickhardo Anglo &c. in Syriam progressus Sulthani exercitum ex Cilicia & Armenia expulit: sed dum fortè in Serra fluvio Armeniæ lauat, abreptus vndis vel suffocatur, vel eruptus inde Seleuciam æger defertur, & paucis diebus post moritur, maximo cum luctu & lachrymarum profusione: sepultus Tyri cum imperasset annis 38. princeps maximis defunctus calamitatibus: sed præcipuis Imperatoribus in Orbe comparandus. Successorem reliquit hic filium Henricum VI Regem Siciliæ: qui à patre viuo, Romanorum Rex fuit designatus. Hic ducto exercitu in Italiam vrbes in Campania & Apulia cœpit atque vastauit: è Sicilia verò Tancrenum Regem eiecit, & oculis priuatum in Teutoniā misit, mortuus Messianæ A. C. 1198. In-

Mors Conradi.

Fridericus Barbarossa.
An. C. 1152.Res gestæ Fr.
Barbarosse.

Calamitates.

Exitus.

Henricus VI.
An. C. 1191.Tancredus Si-
cilia Rex.

Philippus Sue-
uia Dux.

Otho Saxonie
Dux.

Philippus Sue-
uia Dux Imp.
An. C. 1203.

Otho de Wit-
telsbach Pala-
tinus.

Otho 4. Imp.
An. C. 1209.
Fridericus 2.
Sicil. Rex. A.C.
1220. *Imp.*

Regnum Hie-
rosol. & Sicil.

Guelphi & Gi-
bellini.

terea Philippus frater Syriacæ expeditioni præfектus, cum Berytum occupasset, & Ioppen obsidione teneret, orto tumultu reuocatur. Grauis enim per Germaniam erat excitata dissensio, alijs procerum Othonem Saxoniæ ducem, alijs Philippum Sueorum ducem Imperatorem poscentibus. Ambo igitur externis viribus instructi, cum Philippus in prælio extitisset superior, Imperium is adeptus est: facta pace cum Papa & Othono A. C. 1203, sed mox iterum per insidias ab Othone Wittelsbachio sublatus est, quem non multò post Philippus Mareschallus occidit. Quo facto Otho quartus, Brunsuicensis dux, accepta corona, Imperiu obtinuit: sed cum inuito Pontifice Innocentio 3. occupasset Siciliam, & in Apulia oppida multa cepisset, excommunicatus ab eo est, & Electus Fridericus 2. Rex Siciliæ, cum quo congressus Otho ad pagum Bouinas, socijs Iohanne Anglorum R. Reinaldo Poloniae R. & Ferdinando Flandriæ Duce, vicitus est à Friderico, quem iuuit Philippus Galliarum Rex eiusque filius: ex quo desertus, mortuus est in glorius Brunsuigæ A. C. 1218. cum imperasset annis 19. Hoc mortuo Fridericus secundus in Imperio confirmatur, vir rebus Syriacis clarus, linguarum & Mathematicæ cognitione excellens: Studiorum & Studiosorum Patronus. Hic cum ex Lombardia & Thuscia eiecisset Comites duos rebelles Mathæum ac Thomam venit in odium Pontificis Honorij: quod tam sublatum est: Friderico ducente in uxorem Hierosolymitanæ Regis filiam unicam, cum qua & hæreditatem Regni Hierosol. consecutus est, quod postea iunctum est cum Regno Siciliæ. Iterum in Lombardia orta dissensione, instinctu Pontificum, contra Imperatorem, armis quidem illam compescuit: sed Pontifex eum excommunicatum grauissimis bellis atque calamitatibus impli cuit: præsertim per factionem Gibellinorum & Guelphorum, quæ tūm recruduit: ex quibus hi Pontificis partes, illi Gibellini Cæsaris sequebantur, non sine magno malo Italiæ & Germaniæ. Ea dūm restinguere nititur optimus Imperator, à Pontificibus Romanis impeditus (maxime Innocentio 4 qui eum excommuni cavit, & Henricum Hassiæ ac Thuringiæ Landgrauium contra ipsum suscitauit, itemque Wilhelmu Holandiæ Comitem) ex haustus

haustus tandem fractusque, cùm esset in Apulia cum exercitu, in morbum incidit, vel, ut alij putant, Manfredi Tarentini Principis, spurijs sui insidijs, hausto veneno, extinctus est, Panormi sepultus An. Ch. 1250. Sub hoc Ferdinandus quoque Hispaniarum Rex, Saracenos magna virtute compressit: Corduba & Toleto receptis. Decedente Friderico secundo, anno Imperij 33. sufficitur Conradus quartus: sed hic non multò pòst superato Henrico Hassia & Thuringiæ Landgrauio, (qui contrà patrem Fridericum à Pontifice electus fuerat, & vulgo dictus Rex Pontificius) abiens è Germania, auxilio Tancredi, Ciuitates Italiæ quæ ad Pontificem defecerant, recuperavit: Neapolim expugnauit. Capuæ muros deiecit: Aquinum exussit, tandem Manfredi fratri insidijs, per Medicos ac propinatum venenum extinctus scribitur, A. C. 1253. Imperij anno 4 Filium hic reliquit Cunradinum, qui cum Carolo Siciliæ Rege bella gessit, socio Friderico Austriaco: sed ambo capti, iussu Pontificis, Neapoli publicè securi sunt percussi: quæ clades exitum finemque nobilissimis familijs Sueviæ Fr. Barbarossæ, & Austriacæ primæ, attulit A. C. 1268. Posthæc Wilhelmus Hollandiæ Comes, iam antè post Henricum iussu Pontificis Imperator electus, A. C. 1247. Imperio potitus est, & interea temporis illud tenuit, cum Conrado &c. usque ad annum C H R I S T I 1256. quo Frisijs bellum intulit. & ab ijs occisus est. Circa hoc tempus, Electoribus Imperij grauiter inter se dissentientibus, consecutum est Germaniæ interregnum, & Anarchia verius, quam Imperium. per annos 17. licet à Septemuiris duo fuerint electi: Richardus nimirum Johannis Anglorum Regis frater, qui etiam Aquisgrani coronatus est & annis regnauit 15. & Alphonsus Castellæ R. qui totidem annis Imperij habendas tenuit: donec communibus suffragijs Rhudolpho Sueuo, Comiti Habsburgensi munus hoc commissum est. Interim etiam vires Orientis, finitimorum irruptionibus continuatis, mirum in modum fractæ fuerunt: quibus tamen Michaël Palæologus annis 22. restitit. Hic Venetos est aggressus: Lugdunum venit ad Conuentum, ac ob id, mortuus, minus honorificè à suis sepultus est. Pòst Andronicus filius natu maximus, adiuncto Michaële filio, Imperium tenuit annis 48.

Eo tem-

Exitus Frid.

Ferdin. Hispaniarum Rex.

*Conradus 4.
An. C. 1250.*

*Cunradinus.
Frider. Austr.*

*Wilhelmus
Hollandiæ Co-
mes Imp.
An. C. 1247.*

*Interregnum
Germ. 17. ann*

Richard. Engl.

*Alphonsus Ca-
stellæ Rex.
RHEDOL-
PHUS HABSP.*

*Michael Pa-
læologus Orient.
Imp.
Andronicus
Paleologus.*

Turce.

Tamerlanes I-
ra Dei. circiter
An.C. 1398.

BaiaZetesTur-
carum Tyran-
cauee inclusus.

Andronicus Iu-
nior.

Iohan. Canta-
cuZenus.
Iohan. Palaeol-
o.

Constantin. Pa-
leologus vlt.
Orient. Imp.
Constantinopo-
lis capita. An.C.
1453. d. 9.
Aprilis.

Oriens ab Occi-
dente penitus
auisus.

interregnum
German.

Gregor. X. Pon-
tifex.
Rhudolphus
Habsburgensis
Imp. A.C. 1273.
Rhudolphi
virtutes.

Eo tempore Turcæ Ottomanno duce, magnis artibus eos in vnum cogente, multas aduersus finitimos victorias obtinuerunt. Sed interueniens Tamerlanes Parthus, siue Tartarus, ex gregario milite factus dux maximarum copiarum, adiunctis finitimis populis, Syriam & Ægyptum vastauit: Baizetem Turcarum principem in minori Asia sibi oppositum, ducentis millibus cæsis viuum cœpit, & in vincula coniecit, caueaque conclusum circumduxit, ac pro scabello pedum, quoties equum ascenderet, vsus est. In principatu autem Byzantino, Andronicus Iunior res administravit, auo Andronico in Monasterium detruso, quem secuti sunt Iohannes Cantacuzenus & Iohannes Palæologus quibus inter se dissidentibus, auxilia Turcarum in grauem totius Orientis perniciem accersita fuerunt: donec sub Iohanne 6. Emanuele 1. Iohan. 7. & Ioh 8. Orientale Imperium Turcis factum est tributarium, & tandem penitus ab illis subiugatum. Nam, cum teneret illud Constantinus Palæologus An. C. 1453. ibi Mahometes ingentes Turcarum copias, ad urbem Constantinopolim cum duxisset, ad 400. hominum millia & 250 nauigia, eamq; magna vi obsedisset: ad extremum expugnatam illam cœpit: Imperatori in fuga concultato caput præcidit: prolem omnem regiam frustulatim concidit, vna cum 40. millibus hominum: urbemque totius Orientis potentissimam atq; amplissimam, latè ferro, flaminis ac ruinis vastauit: in contumeliam verò Religionis Christianæ Barbaricam Regni sui sedem ibidem constituit, & hodieq; seruat: Anno à nato Christo 1453. Durante adhuc interregno Germaniæ, alijs Electorum (vt dictum est) præferentibus Alphonsum Castiliæ Regem, doctrinæ studijs & Astrorum peritia clarum: alijs Richardum Regis Anglorum fratrem: tandem hortatu Pontificis Gregorij X. facto conuentu Lausannæ, Rhudolphus Habsburgensis, Landgrauius Alsatia, Imperator communibus suffragijs salutatur. Anno Christi 1273. & à Pontifice confirmatus, Aquisgrani coronatur. Hic pietate, autoritate, gratia, fide, prudentia, magnitudine animi, felicitate: alijsque multis virtutibus cum excelleret: totus in honestando augendoque Imperio Germanico fuit. ideoque statim prouincias omnes à latrocinijs purgauit: pacem restituit:

restituit: seditiosos puniuit: arces prædonum 60. per Thuringiam destruxit: Albertum Thuringiæ Landgrauium & filios eius Fridericum ac Ticemannum hostiliter dissidentes, composuit: Eberhardum Comitem Wirtenbergensem cohibuit: Marchionem Badensem & Bauariæ rebellantes in ordinem redegit: Ottocarum Bohemiæ Regem, Austriam heredibus tūm carentem, occupatum post longum & graue certamen deuicit, & occidit: Regnum Bohemiæ filio eius Wenceslao tradidit, vna cum filia sua lutta: Alberto autem filio Austriæ Ducatum dedit: vnde Archiduces Austriæ laudatissimi descendunt: Bauariam alteri filio Iohanni dedit. Italiam ingressus Hetruriæ oppida libertate donauit. Pontifici Romandiolum & Rauennam cum Exarchatu concessit: sed ita ut inde tempore necessario suppetias haberet aduersus communes Christianorum hostes. Eius tempestate, cum de Siciliæ Principatu variè esset certatum, & Galli multa facerent insolenter & asperè, Siculi auxilio Petri Aragoniæ Regis 30. d. Martij An. Chr. 1282. ad signum Campanæ in vespertinis precibus omnes occiderunt ad millia circiter octo, spacio duarum horarum: ex quo vesperæ Siculæ in Historijs memorantur. Ab hoc Rhudolpho I nunquam satis laudato principe longa iam serie propagantur Imperatores Romani, singulari Dei beneficio, mites, fortes, graues, pacifici, prudentes, clementes, salutares. Exemptus autem Rhudolphus rebus humanis, A. C. 1291 ætatis suæ 73. Imperij 19. longum sui desiderium apud Germanos reliquit: vt pote quorum inter alia linguam ita amauit: vt pleraque Instrumenta publica, antea Latinè scripta, voluerit lingua Germanica deinceps exprimi & in vulgus emitti. Ideoque licet Electores à morte eius Imperatorem crearint Adolphum Nassouium A. C. 1292. tamen quod ille Eduardo Angliæ Regi contra Gallos militaret stipendio centum millia aureorum: Thuringiam contra Ordinum regionis illius consensum emisset, & ferro flammisque (cum recusarent eum Dominum) deuastasset, aliaque multa commisisset: dignitate imperiali exutus est, & in locum eius surrogatus Rhudolphi Filius, Albertus Austriacus, qui manu sua in prælio lapsum Adolphum interemit A. C. 1298. cum imperasset annis

R

*Res' gestæ.**Vesperæ Sicule.
An. C. 1282.**Mors Rhudolphi.
Lingua Germanica à Rhudolphi exaltata.**Adolphus Nassouius.
An. C. 1292.*

Albertus Au-
striacus.
An. C. 1298.

Pontif. Bonif.
8. iniquior Al-
berto.

Res gestæ.

Albertus Mon-
oculus.

Cedes Alberti
Imper.

Henricus VII.
LuZelburg.
An. C. 1308.

Res gestæ eius.

Monachus in
Eucharistia ho-
stia venenata
Henr. Imp. ne-
cit.

Iubileus primus
Indulgentia.

sex. Albertus autem à cunctis Electoribus Francofurti designatus Roman. Rextanto concursu, vt in eo dux Saxoniæ fuerit oppressus atque suffocatus: consecratur Aquisgrani: sed cum à Pontifice Bonifacio VIII. coronam peteret, ostentans ille sese insolenter, gladio & coronâ, primò cōfirmare eum noluit: propterea quod Adolphum occidisset, & potestatem sibi in Politicis & Ecclesiasticis rebus usurparet: sed postea persuasus ab Alberti Cellario, consensit. Bella gessit multa, priuata tamen magis, quam publica: Vngariae Regnum affectauit, sed non obtinuit: Bohemiam autem Rhî dolpho filio acquisiuit: Friderico & Ticemanno Misniæ ducibus ob ducatum illum mouit bellum, & varijs modis eos affixit: cum Philippo Gall Rege ius affinitatis iunxit: venenum hausit, artibus Salisburgensis Episcopi propinatum, à quo tamen Medicorum ope liberatus, alterum oculum amisit: tandem ingressurus Bohemiam, cum haberet exercitum 3000. Equitum, & 5000. peditum: & Rhenum traijcere vellet, de improviso à Iohanne fratri filio & cæteris coniuratis occiditur, ac Spiræ sepelitur, cum regnasset annos 9, menses totidem. Successit ei Henricus VII. Lucelburgensis An. C. 1308. electus Francofurti: coronatus Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi: prædecessorum suorum corpora Adolphi & Alberti Cæsarum honorificè humanda curauit: Wirtebergenses rebelles compescuit: Bellum Misnicum diuturnum & exitiale composuit: Friderico Thuringiam & Misniam: Boiemis inferiorem Lusatiam tradens. In Italiam profectus Mediolani coronam ferream accepit cum coniuge, ulterius progressus: rebelles passim oppugnauit & vicit: in his etiam Genuam urbem. Romam veniens in Laterano coronatus & Augustus appellatus est: Tyburti tumultum sedauit: Florentinos oppugnauit: cum Friderico Rege Siciliæ fœdus fecit: Apuliæ Regem Robertum proscriptis, cumque eum arma parantem compescere vellet, fraude Señensium à quodam Monacho ordinis Prædicatorum hostiâ venenatâ, quam in Eucharistia ei porrexit, imperfectus est. Pisis sepultus An. C. 1313. Pontificum tūm magna fuit æmulatio & dissensio: à Bonifacio Iubilæum primum institutum, & Indulgentiæ venditæ. Post mortem Henrici 4.

rici 4. graui orta contentione inter Septemviro: Moguntinus & Treuirensis Archiepiscopi: Iohannes Bohemiæ Rex, & Wolde-marus Brandenburgicus Elector, Ludouicum s. Bauarum crearunt Imperat. & Aquisgrani coronarunt: Coloniensis verò Archiepi-scopus, Saxo & Palatinus ad Rhenum, Imper. designarunt Fridericu: Pulchrum Austriæ Ducem, Alberti Cæsaris Filium, eumq; Bonnæ consecrarunt. Inde funestum & diuturnum bellum extitit, quod annis octo variâ fortunâ gestum, vix prælijs quinque tandem soptim est: vltimo ad oppidum Muldorff & Otingam commisso, vbi Fridericus atroci prælio victus & captus cū Henrico fratre, triennium in custodia fuit detentus à Ludouico, qui ei liberato, nihil præter titulum Imperatorium reliquit: à qua capiuitate non ita multò pòst mortuus est Fridericus An. C. 1330 Sublato æmulo, Ludouicus solus Imper pacauit Germaniam, maxime Belgas & Heluetios, qui propter Principes dissidentes & ipsi dueras in partes erant distracti, ut & aliæ Germaniæ populi & Ciuitates Imperiales. Dein Italiam petijt ad sopiendas reliquias factionum Gibellinorum & Guelphorū: Gibellinos tamen iuuit, missis copijs ad Galeacios Comites Mediolanenses, qui illarum erant partium: id quod offendit Pontificem Ioh. 22 qui ob id Ludouicum Cæs. excommunicauit: & Auinionem (quo tūm ex Italia sedem Romanam transtulerat) ad dicendam causam citauit, Ludouicus à Pontifice prouocauit ad Concilium generale: vnde ingens orta Disputatio, quibusdam Theologis & ICtis Papam: quibusdam Cæsarem publicis scriptis defendantibus. Profectus tamen in Italiam Cæsar: vrbes quasdam reformauit, præfectis suis ibi collocatis: Romam contendens, cum coronatione à Pontifice obtinere non posset à Stephano Columna Cardinali, consentiente Senatu & Plebe Cleroque, diademate vnà cum vxore insignitus est, quæ ei Romæ peperit filium, quem nominauit inde Ludouicum Romanum. Pòst habitâ Synodo, Papam Iohannem, illius autoritate vicissim abdicauit, surrogato Nicolao s. & publico scripto factum suum defendit. Sed reuerso Ludouico in Germaniam: Italiæ vrbes & in his Pisæ deficientes Nicolaum s. capitum ad Iohannem Pontificem in Galliam miserunt. Quare per-

*Schisma inter
Imperij Elector.*

*Ludouicus Ba-
uarus Imp.*

*An. C. 1314.
Fridericus Pul-
cher Austr. Imp.*

An. C. 1314.

*Fridericus in
prælio captus.*

*Mortuus An. C.
1330.*

*Perturbatio
Germania.*

*Galeacij Comit.
Mediol.
Sedes Pontifi-
cū Auinioni in
Gallia annis*

*74.
Ludouicus ex-
communicatus
à Pontifice.
Defenditur à
multis.*

*Roma corona-
tur à Cardin.*

*Ludouicus Ro-
manus Imp. E.*

*Turbae Pontifi-
cū per Italiam.*

Iohannes Bohemiae Rex strenuus.

*Ludouicus absolutionem sa-
pius petit fru-
strâ.*

*Philip. Gall. R.
Robertus Sicil.
Rex.*

*Conuentus Frä-
cofurtensis con-
tra Pontif.*

*Duces primi
Iuliacenses &
Bergenses.*

*Inique & in-
dignæ conditio-
nes Ludouico.*

*Imper. oblate à
Clem. 6. Pontif.
Ludouicus ite-
rum excommu-
nicatur.*

*Imperiali digni-
tate exxitur.*

*Moritur Ludo-
wicus Cæs.*

*Prælium inter
Anglos et Gall.
Iohannes Bohe-
miae Rex cæcus
pugnat.*

*Carolus 4. Imp.
An. C. 1347.*

*Edwardus An-
gliae Rex eligi-
tur Imp.*

*Fridericus Gra-
uus Misniae dux
Imp.*

motus Cæsar, Iohannem Bohemiæ Regem in Italianam misit cum exercitu, qui multas Ciuitates in potestatem suam redigit. Sublato è viuis Iohanne 22. Ludouicus Cæs. à successore eius Benedicto 12. absolutionem ab excommunicatione petiuit: quam impediuerunt Philippus Galliarum & Robertus Siciliae Reges: ex quibus tamen Philippus Cæsari reconciliatus, legationem vna misit cum Imperatore ad Papam pro absolutione: sed cum & hic recusaret eam, Cæsar habito conuentu Francofurti, Acta Pontificum rescidit, facto Decreto, quod Pontifici nihil Iuris competit in Romanum Imper. sed maiorem esse Concilij autoritatem, quam Pontificis. Inde cum Guilhelmum Iuliæ Comitem fecisset Ducem Iuliensem & Bergensem: & facto nouo Pontifice, Cleméte VI. iterum ab hoc Absolutionem petiuit: ille autem iniqüissima & indignissima quæq; offerret Cæsari: ac inter alia, ut se, suos liberos, ac bona potestati Papæ subijceret: Fasces Imperij deponeret: confiteretur errores & Hæreses sibi obiectas &c iterum egit Conuentum Imper. Francofurti, & ordinum Imperij beneficio tutum se fore sperauit. Sed Pontifex de nouo Excommunicatione Cæsaris promulgata, & cohortatione ad Electores facta ut sub eadem pœna, & grauissimis alijs periculis, intra tempus præfinitum, deposito Ludouico, alium Imperatorem crearent: sic circò Proceres euocati à Moguntino in oppidum Rens, Treuensis ditionis, abdicato Ludouico, elegerunt Carolum Iohannis Bohemiæ Regis filium, probante Pontifice: à qua electione non multò post Cæsar Ludouicus ex venatione rediens, lapsu equi concussus, diem extreum obiit A. C. 1347. Imperij 33. Hostes eius plærius perierunt in magno conflictu inter Anglos & Gallos, vbi ad 30. hominum millia perierunt: & ipse etiam Rex Bohemiæ Iohannes cæcus, pugnans inter hostes confertissimos, occubuit. Magni enim tum in Christiano Orbe motus fuerunt propter Tyrannidem Pontificum, & Gallorum atque Anglorum dissidia. In his motibus Carolus 4. anteà Imperator creatus, à multis Electoribus Principibus iterum repudiatur, qui Eduardum Angliae Regem illi opponunt: recusante autem illo munus hoc, deferunt illud ad Fridericum Grauem Misniæ & Thuringiæ Principem

Principem : sed & eo renuente, accepto honorario, decē milliūm Marcarum auri : ventum est ad Guntherum Comitem Schwarzenpurgicum, cui persuaserunt Proceres, reuerā vacare Imperium : ex quo ille Francofurtum ingressus, & regio more receptus est : sed non multò pōst, venenata potionē à Medico Fridanco sibi oblata (quam tamen Medicum prægustare oportuit) extinctus est, vñā cum Medico : quo factō Carolus 4. sine æmulo placatis Principibus Imperium obtinuit, & in Italia (quam tūm Nicolaus quidam scriba ad veterem formam Reipub. Romanæ magno aūsu & applausu hominum se traducere velle certò promisit) coronatus est vñā cum coniuge : non tamen sine tumultu : maximē Pīsis, qua in vrbe nisi defensus fuisset à Germanis furiosa eum multitudo ciuium oppressisset : Imperatricem autē coniugem Caroli, in ganeum abripuisse. In Gallia & Anglia tūm quoque motus fuerunt magni : & Anglorum excursiones in Germaniam usque, quæ Alsatiam & alias prouincias vehementer læserunt. Carolus Delphinatum concessit Huniberto Galliæ Delphino, pro certa pecunia : sed ita, vt deinceps velut Feudum à Cæsare & Imperio acciperet. Henetorum Principes ad littus Balticum Iohannem & Albertum Duces Imperij effecit : cum anteā Domini Wandorū dicerentur : ex Marchia Brandenburgensi & Ducatu Bauariæ multa ad Boh. Regnum traduxit : Silesiam & Lusatiam hæreditario iure acceptas exornauit, & in primis Vratislauiam templo nouo S. Dorotheæ auxit : Noribergenses ob Cæsarem dissidentes composuit, abdicatis quibusdam Tribunis, & Lanijs pro Cæsare cum Senatu facientibus. Ludis anniuersarijs, ac immunitatibus alijs donatis. Reuocatus in Italiam à Pontifice Urbano 5. cum hoste illius Bernaboue Mediolanensi composuit, & in Germaniam tertio mense redijt : passim prouincias & vrbes obijt, legibus bonis, templis, immunitatibus alijsque rebus auxit, & ornauit, totamque Germaniam pacare & ampliare omni modo studuit : præsertim Lege Carolina, quam Auream Bullam vocant, consensu procerum promulgata, quæ docet, quo pacto Imperator Romanus eligi debeat, quæ cuiusque ordinis in Imperio Romano sit dignitas, & quomodo illa conseruanda, &c. statim Moguntiæ

Guntherus Co-
mes à Schwan-
Zenburgh imp.
Veneno propi-
nato rnatum
Medico extin-
guitur.

Caro in solus.
Nicolaus Rom.
Scriba veterem
Rom. Reipubl.
formam medi-
tatur.

Periculum Ca-
roli & Coniugis
eius Pīsis.

Gallici & An-
glici motus.

Delphinatus ab
Imperio aliena-
tus.

Henetorum
Principes Im-
perio adscripti.

Bohemie Re-
gnum auctum.
Silesia & Lu-
satia..

Exornata Vra-
tislavia.

Noribergenses
lanij.
Bernabos Urba-
ni 5. Pontificis
hostis.

Aurea Bullæ
promulgata.

Solemnitas Moguntiae se uniuersitatem auream Bullam. Carolus amans literarum.

Academie Germanicae.

Fastus Clericorum reprobans.

Mors Caroli.

Wenceslaus

Imp. 1378.

Vituperans.

Captiuitas.

Remotio ab Imperio.

Fridericus

Brunswic. & Lunenburg.

D. imp. electus.

Sublatus à Moguntino Praesule.

Mors Wences.

Perturbatio Germaniae.

Disodium inter Ciuitates Helueticas & Suevicas.

Leopoldus Austriacus ad Sempacum cæsus.

An. C. 1389.

Amurathes I.

Turc. primum inuadit Europam.

Literæ Graecæ per Germaniam.

Bombardæ inuentæ.

Rupertus Bauariae D. Pal. Rhei.

Imp. A.C. 1400.

in Festo Natiuitatis Domini eius dato specimine: vbi in epulo magnificentissime parato, singuli Electores suo functi sunt munere publicè: quod ipsis in aurea Bulla fuit assignatum. Carolus hic amauit literas & literatos: Academiam Pragensem instituit: Electionibus & Disputationibus interfuit: floruerunt etiam Coloniensis, Erphordiensis & Viennensis Academæ sub ipso: fastum Clericorum odio habuit, reprehendit & reformauit, quoad potuit: tandem Pragæ obiit An. C. 1378. cum imperasset annis propè 33. Huic successit filius planè dissimilis Wenceslaus, qui scribitur matrem in partu extinxisse: aquam in Baptismo, & aram in sua inauguratione cœno polluisse. Hic sua ignavia, & morum dissolutione magnis incommodis cùm afficeret Rempublicam Romanam: captus est ab Ordinibus regni Bohemici & in custodiam datus. Sed cum inde opera Ioannis Lusatiae & Procopij Morauiae Ducum euasisset: nec vitam emendaret, quamvis sàpè admonitus: tandem A. C. 1400. penitus ei abrogatum est Imperium: & ad Fridericum Brunswigæ & Luneburgi Ducem delatum prudenter & militaris rei peritia insignem virum. qui statim insidijs & fraude Moguntini Archiepiscopi ad Frislariam extinctus est: vnde illud perulgari cœptum, quod Moguntia in limine Basiliæ Cathedralis inuentum est, lapidi cuidam incisum: *Moguntia ab antiquo nequam.* tandem Wenceslaus ille Apoplexia dicitur extictus Pragæ A. C. 1419. Ea tempestate magna fuit distractio Principum & Ciuitatum per totum Imperium: præse: tim Heluetiorum & Suevicorum. Leopoldus Austriacus cum multa nobilitate ab Heluetiis occiditur, ad Sempacum. Amurathes I. Turcarum Imperator primùm Europam armis tentat: Britannia à Johanne Duce recuperatur: efflorescunt literæ Græcae in Europa, docente eas Chrysolora in Italia: Machinæ bellicæ, quas à sonitu Bombardas vocant, à Bertholdo Nigro Monacho Germano A. C. 1380 inuentæ, publicè adhibentur in bellis, & primum quidem à Venetis contra Genuenses. Hoc statu rerum ad Imperij gubernaculum euehitur Rupertus Bauariae Dux & Rheni Palatinus, quem Italici motus aliquandiu exercuerunt: Romæ tumultuante Ladislao Neapolitano Rege contra Pontificem: Mediolani Galeacio

leacio contra Florentinos, quibus opem ferre dum nititur Cæsar, impeditus ab alijs, & clade affectus redijt in Germaniam: cui cum præfuiisset annis propè 10. piè, iustè & tranquillè, mortuus est in oppido Oppenheim & Spiræ sepultus. In eius locum successit Iodocus Marchio Morauiae, à nonnullis electus Principibus: sed sexto mense submotus. Nam Principes alij prætulerunt ei Sigismundum Vngariæ Regem, Caroli 4. filium, sapientia, eruditione, probitate, & multis virtutibus insignem, qui triennio peragrata Italia, Hispania, Gallia, Anglia, Regum consensu obtinuit, Concilium Constantiense. tres Papas adulterinos sede mouit: & Ordinarium constituit: Hussitarum causam cognouit, exusto Iohanne Husso & Hieronymo Pragensi: bellum ob id per Bohemiam sustinuit graue & diuturnum, quod Hussitæ, duce Iohanne Zisca viro strenuo, (qui post ingentes victorias utrumque oculum in pugnis amisit, & mortuus ex cute sua Tympanum fieri iussit in terrorem hostium) gesserunt contra Imperatorem & Ordines Imperij eorumque socios Italos & Anglos: donec post Basiliense Concilium, inter se dissidentes ipsi, & viribus attriti vna cum Bohemia & ducibus suis Procopijs infidem Imperatoris redierunt. Cum Turcis bis pugnauit, sed parùm feliciter, eo quod viribus longè esset inferior & Gallorum atque Vngarorum Principes inter se dissiderent Galliam satis turbatam vident: ut & Angliam atque Burgundiā: in quibus motibus eluxit præcipua virtus Iohanna puellæ Lotharingiæ 20 annorum, quæ Carol. Francor. Regem contra Anglos & Burgundiones strenue defendit: sed postea ab Anglis capta Rotomagi cremata est. Germaniā tamen in pace vtcunq; florente retinuit: nisi quod bello Hussitico Bohemia sub eo vexata, & Vngaria gemina rusticorum seditione afflcta fuit, & Cingari siue Zeugini populi vagabundi, primùm in Germaniā venerunt Idem Marchiā Brandenburgensem cū dignitate Septemviralı dedit Friderico Burggraui Noribergensi: Amadæ Sabaudiæ Comitem, primū Ducem creauit Sub eo in Burgundia Philippus Dux, ordinem aurei velleris primùm cœpit: Poloni & Lituwani bellum ob Podoliā gesserunt Hic Princeps beneficus & liberalis in omnes: literas præsertim & viros doctos: tandem anno Imperij

Ladislauus Neapolitan. Rex.
Galeatus Medicol.

Mors Ruperti Cæsaris.
Iodocus Marchio Morauiae Imp. A.C. 1411.
Sigismundus Vngar. R. Imp. A.C. 1411.
Europa peragrata.

Concilium Constantiense.
Iohan. Hus & Hieronym. Pragens. exusti.
Hussitarum bellum.

Iohan. Zisca Hus. t. Dux.
Concilium Basiliense.
Procopij duces H. sit.
Bohemia pacata.

Turcicæ expeditiones Sigis. Imperatoris.
Gallia & Anglia turbata.
Iohanna Lothar. puella bellicosa.

Res gestæ Sigis. in pace.
Cingari siue Zeugini primū in Germania visti.

Ordo aurei vel-

lerū cæptus.
 Mors Sigis. Im-
 peratoris.
 Albertus 11.
 Austriacus Im-
 per. A. C. 1438.
 Felicitas eius.
 Amurathes.
 Turcarum rex.

Mors Alberti
subita.

Fridericus 3.
 Imp. A. C. 1440
 Coronatio eius.
 Iohannes Hun-
 niades.
 Mala domesti-
 ca.
 Georgius Po-
 diebracius.
 Munsterber-
 genses Duces.
 Mathias Cor-
 unus Vngar. R.
 Vienna obseissa.
 Ingens annone
 caritas.
 Ludovicus Gal-
 le Delphinus.
 Armentace in
 Alsacia Armen
 Tegten dicti.
 Albertus Mar-
 chio Brandeb.
 Achilles Ger-
 manicus.
 Noribergen-
 sium bellum.
 Bellum intesti-
 num ob Archie-
 pif. op. Mogunt.

perij 27. extinctus, ætatis suæ anno 70. Successorem habuit Al-
 bertum Austriacum generum suum A. C. 1438 eximia pietatis,
 virtutis ac liberalitatis Principem, qui ab Electoribus Francofur-
 ti Imp. creatus & confirmatus, vno eodemque anno cum Impe-
 rio, etiam Regnum Vngariae & Regnum Bohemiae obtinuit: sed
 hoc non sine armis: expeditionem suscepit aduersus Amurathem
 Turcarum Tyrannum, qui vt anteà Seruiam, Thraciam, Theffalo-
 nensem agrum: Regiones ad Isthmum, Illyricum, Albaniam,
 Bulgariam & alias Prouincias: ita tūm etiam Vngariam vastauit:
 sed Albertus in itinere ingenti calore incensus, incidit in dysen-
 teriam ex nimio Peponum esu, & illa enecatus in Alba regali se-
 pultus est anno secundo Imperij.

Secutus deinde est Fridericus 3. Archidux Austriæ: à Nicolao
 Pontifice, vnâ cum Eleonora coniuge coronatus in Italia: qui in-
 de reuersus in Austriâ magnas turbas sensit ob Ladislaum Alberti
 Imperatoris Posthumum filium, Vngariae, Bohemiae & Austriæ
 Heredem, quem in Tutela cum retineret diutiùs: ab Iohanne
 Hunniade multum passus est in Austria & Styria, finitimiq; pro-
 uincijs. Viennæ, ob strangulatos quosdā Senatores, vnâ cum vxo-
 re & filio Maximiliano puero obsecessus. liberatur à Georgio Po-
 diebracio Bohemiae rege, inque gratitudinis signum filios eius
 Munsterbergenses Duces creat. Mathiæ Coruino, Vngariae co-
 ronam restituit, qui etiam Viennam urbem obsedit, & in tantas
 angustias eam adduxit: vt modius farinæ vnus 107 florenis vende-
 retur, nihil reluctante Friderico Imperatore. Sub eo Ludouicu-
 s Galliæ Delphinus Armenicorum (die Armen Tegten) 60000.
 ad Rheni ripam duxit. qui Alsatiam Heluetiamque grauiter affli-
 xerunt, tandem ad Basileam horribiliter cæsi. Bellum quoque e-
 ius temporibus gestum est graue, inter Albertum Marchionem
 Brandenburgicum. qui dictus fuit Achilles Germanicus, & ciuita-
 tem Noribergensem: in quo octies victor Albertus: Noribergen-
 ses semel: tandem vtrinque egestate pressi rem composuerunt.
 Nec minus graue & periculosum bellum tūm exarsit ob Archie-
 pscopatum Moguntinum, quem remoto Dietericho Isenpurgi-
 co, Pontifex Pius 2. Adolphe Nassauensi, fauente Cæsare conce-
 serat,

serat, in quo Dietericu[m] defendit Fridericus Palatinus Rheni Septemuir, & prop[ri]e Heidelbergam commisso prælio multos Principes cœpit, & in arce sua, conuiuum splendidissimum ip[s]is dedit, sed sine pane, eò quod anteā segetes exuissent, & agricultores fame necassent. Borussia tum etiam ab Imperio auulsa, Poloniæ regno coniuncta est: Cruciferis ordinis Teutonici post diuturnū bellum cum Polonis transgentibus: licet posteā varia fortuna usque ad annum Christi 1525. res hæc agitata sit. Interim Georg. Castriotus Scanderbegus Epeiri princeps, res magnas gerit contra Turcas: vt & Iohannes Hunniades: eosq[ue] post multas victorias ad pacem decennalem faciendam impellunt Hunniades quoque Belgradum vna cum Iohan. Capistrano Monacho ab arctissima obsidione liberat, & Turcarum 4000. cædit. Recruduit & bellum inter Gallos & Anglos hisce temporibus: cum multis alijs bellis intestinis: inter ipsum quoque Imperatorem Fridericu[m] & Carolum Burgundiæ Ducem ingens orta est dissensio: eò quod Carolus affectans imperium, multas turbas dedit per varias prouincias: donec tandem p[ro]st multas clades & ingentes amissas diuitias apud Nanceium Lotharingiæ urbem vietus, occubuit, & postridie in glacie mortuus inuentus est. Mahometes Turcicus Imperator, inter alia quæ in Oriente tentauit & perfecit maxima, tandem etiam Constantinopolin sedem huc usque Orientalium Imperatorum obsidione 54 dierum expugnauit, Constantinum ultimum cum omnib[us] obsole regia sustulit: & Turcicæ Tyrannidis domicilia ibi constituit An. Ch. 1453. Persarum quoque Regem Usun-Casanem affixit, & multa vicissim ab eodem passus est. Horum omnium malorum in Gallia, Anglia, Germania, Bohemia, imò per totam Europam perque omnem Orientem spectator & auditor cum esset optimus Princeps Fridericus 3. & eorundem bona pars, per annos 53. (quos in Imperio post Augustum Cæsarem, vix quisquam assecutus est) tandem tibia ferro amputata propter gangrenam moritur Lyncij An. C. 1493. Vixerunt cum eo bellicosissimi & præstantissimi Duces per omnes terras Heroibus priscis comparandi, tam Barbari, quam Christiani. Effloruit sub eo ars Typographica, primùm Argentinæ à Iohanne Guten-

Fridericus Pa-
latinus Elector.

Borussia ab Im-
perio auulsa.

Bellum Crucife-
rorum Ordinis
Teutonici per
Borussiam.

Scanderbegus
Epiri princeps.
Iohan. Hunnia-
des. Pax decen-
nalis cū Turciis.
Belgradi libe-
ratio.

Ioh. Capistra-
nus Monachus.
Carolus Bur-
gundus cæsus.

Constantinopo-
lis capta à Ma-
hometo.

An. C. 1453.

Usun-Casanes
Persarum Rex.
Calamitates
Friderici Imp.

Mors.
An. C. 1493.
Heroicum secu-
lum.

Ars Typogra-
phica Argenti-
ne reperta..

Iohannes Guttenbergius primus inuentor.
 Socij Iohannes Mentel. & Iohan. Han.
 Maximilianus I. Imp.
 An. C. 1486.
 Elinguis vsque ad annum atatus 9.
 Eloquens & linguarū postea peritus.
 Coniux Maria Burgundia.
 Anna Britanica à Carolo Gal. R. raptā.
 Pacis opera Maximiliani.
 Amor literarū & Historiarū.
 Teur danc.
 Literæ reducuae.
 Academie Germanica.
 Iudicium Camere Imper. Spire.
 Comitia Wormatiensis.
 Wirtenbergici Comites creati Duces.
 Bella Maximiliani I.
 Belgicum ob captiuitatem Flandricum.
 Helueticum.
 Bauaricum.

bergio excogitata, vbi etiam Iohannes Mentelius primos autores bonos impressit. Inde Moguntiæ exulta per eosdem: porrò Romanam translata per Iohannem Gallinaceum: mox Parisijs Antuerpiæ, Venetijs. alijsq; locis celeberrimis propagata & exornata, incredibilem usum generi humano in omnes partes præbuit. Patri Friderico 3. ceu fidus Achates, adfuit Maximilianus filius huius nominis I. qui anno Christi 1486. in consortium Rom. Imperij electus: & Aquisgrani coronâ Caroli Magni decoratus est, viuente inspectante & lachrymante Patre, qui mutū eum fore metuit, eo quod ad annum usque ætatis nonum parum aut nihil esset locutus: cum poste à Latinè, Gallicè & Italicè alijsque linguis expeditè & facundè cuncta proferret. Hic vxorem duxit Mariam Caroli Burgundi filiam, & Burgundiæ Ducatu per eam potitus est, cum Annam Britannicam Sponsam in itinere ei rapuisset Carolus 8 Galliarum Rex, quod prudens Imp. dissimulauit. Varia & multa magnaqué sua ætate & geri vidit, & gessit ipse, cum pace, tum bello. In pace coluit literarum & linguarum Studia, in primis Historiarum, quibus scribendis ipse per ocium fuit deditus: excitatus haud dubiè exemplo parentis & maiorum, sub quibus literæ & artes reuixerunt, & multi clari viri in omni disciplinarum genere extiterunt: Academias instaurauit complures, & Principibus Germaniæ ad easdem fouendas autor extitit: vt Ingolstadiensem, Tübingersem, Moguntinensem, Witebergensem, Francofordiensem ad Oderam &c. Lituim, vt aliquis esset modus, Iudicium Cameræ Spirensis, in Comitijs Wormatiensibus instituit, velut Oraculum in causis grauioribus, vt olim Amphictionicum apud Græcos: Eberhardum quoque Wirtenbergensem Comitem, superioribus bellis atque dissidijs compositis, in ijsdem Ducem creauit. Bella gessit multa ac varia, Belgicum, cum Flandris, à quibus captiuus fuit olim detentus, quod ductu Alberti Saxoniz Principis per annos octo continuauit: donec Belgas sibi obsequentes effecit. Helueticum, tofius Imperij viribus atque auxilijs suscepit, contra Heluetios Austriam infestantes: & plus quam 20000 hominum diuersis in locis imperfectis tandem composuit. Bauaricum pro Gulielmo Ludouico & Ernesto ex sorore nepotibus

nepotibus contra Rupertum Palatinum, & patrem eius Philip-pum gessit, auxilio cæterorum Principum Imperij, eiusq; multa ademit oppida & arces, in Palatinatu & vicinis Regionibus: donec in Comitijs Coloniensibus, opera Christophori Marchionis Badensis res fuit transacta: qui ex sua gente tūm quoq; florentem vedit Marchionem Badensem Iacobum, Treuirenssem Archiepiscopum, qui diuersis Legatis, diuersis linguis potuit respondere: Romanis Latinè: Gallicis Gallicè, Venetis Italicè, Germanis Germanicè. Bellum Venetum ex decreto Imperij (eò quod Veneti Romam Cæsari, coronationis causa, ituro, saluum conductum denegarant, & oppida quædam eius in foro Iulij occuparant) toto decennio perpetrauit, auxilijs Pontificis Ludouici 12. Galliarum Ferdinandi Hispaniarum Reg. Venetosque ad pacem petendam, & imperata alia facienda adegit. Multa præterea illius tempeste gesta sunt à Julio 2. Pontifice: à Galliæ Hispaniæ, Poloniæ, Anglia &c. Regibus, contra Venetos, & contra se inuicem, omnibus propè partibus orbis terrarum: multa etiam & singularia in Persia, Græcia, Ægypto & Regionibus Africæ & Asie, finitimusque prouincijs, præsertim Hungaria, Transyluania, Moschouia, Russiæ, Poloniæ, Liuoniæ, Borussiæ: Item in Regnis Septentri-nalibus Scotiæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Belgij, alijsque locis tot denique seruorum seditiones, ligæ & tumultus Rusticorum præ-sertim ad Rhenum der Bundschuic. populorum & vrbium dis-sensiones atque contentiones: tot prælia, cedes, interneções, supplicia, mutationes Magistratum, ut vix vlo alio seculo, plures sit reperire: quæ omnia tamen mala atque incommoda Maximil. Imper. fortissimè pertulit, gloriosissimè superauit, plurimis victorijs partis: prædentissimè deniq; ijs moderatus, felicem Re-pub. statum successori tradidit. His addendæ sunt Nauigationes illæ stupendæ in Indiam, & nouum Orbem, auspicijs primùm Christophori Columbi Genuensis tentatæ feliciter An. C. 1492. qui à Gadibus ad Occidentem nauigantibus iter aperuit: pòst continuatæ ab Americo Vesputio, An. C. 1497. qui Orbem nouum siue Americam a se dictam reperit, & beneficio Immanuelis Lusitanie Regis multas insulas in Africæ & India occupauit, ad

Rupertus Palatinus & Philippus pater multati.

Comitia Coloniensia.
Christophorus Marchio Badensis.

Iacobus Marchio Badensis παλάτιος.
Bellum Venetum.

Socij Maximiliani bello Veneto.

Veneti domiti. Iulius 2. Pontifex bellator.

Varia res gestæ per Orbem tempore Maximil. Bella extera, Turcica, Persica &c.

Fortitudo, Sapientia, Felicitas & Victoria Maximil.

Nauigationes Indicæ & in nouum Orbem.

Christophorus Columbus.

An. C. 1492.

Americus Vesputius.

An. C. 1497. America qua-ta orbis pars de-tecta.

Ferdinandus
Magellanus.
An. C. 1520.

Fretum Magellanicum.
Nauarcha Ioh. Sebasti-
Canus.
Nauis Victoria
qua prima circum-
dedit Orbē.
Conuentus triū Regum Vienae.
Comitia Augu-
stana sub Maxi-
mil.
Doct. Lutherus in Saxonie.
Mors Maximi-
liani Imp.
Carolus. Imp.
An. C. 1519.

Potentia &
virtus Caroli s.
Fridericus Sa-
piens Dux. Imp.
creatus recusat.
Grandis muta-
tio Religionis
sub Carolo.
Conuentus
Wormatiae.
An. C. 1521.
Lutherus pra-
fens causam
suam dixit.
Conuentus No-
riberge.
An. C. 1523.
Pontif. Adria-
nus moderatus.

extremum Orientem progressus: demum ulterius productæ per Ferdinandum Magellanum An. Ch. 1520 auspicijs Caroli s. Imper. qui per fretum meridionale, in America, non in Orientem solum penetrauit: sed nauigationem nouam per totum terrarum Orbem, siue per superius & inferius Hemisphærium inuenit, & freto Magellanico nomen dedit: vsus Nauarcha Iohan. Sebastiano de Cano. Nauis autem quæ vecti erant circum Orbem, dicta fuit Victoria, quæ adhuc Hispali asseruari dicitur, & quotannis interpolari: vt olim nauis Thesei, testibus Platone & Plutarcho. In hoc rerum statu cum Viennæ conuenissent Maximil. Imp. Vladislaus Vngariæ Rex, Sigismundus Polon R. & de rebus priuatis ac matrimonijs suorum egissent: de publicis autem in Comitijs Augustæ quædam essent transacta, præsertim debello Turcico, & negocio reformandæ Religionis: cui ansam præbuit Doct. Lutherus in Saxonia, Imperator descendens in Austriam moritur Welfæ A. C. 1519. ætatis suæ 63 cum imperasset annis 25. maximo omnium bonorum luctu: vt pote princeps nulli maiorum cedens in quacunque laudis & officij parte. Imperio successorem reliquit hic, se suaque gloria dignum Carolum s. suum ex Philippo filio nepotem, Archiducem Austriæ, Regnum 28. Regem qui viuo adhuc auro Maranos Saracenicæ gentis reliquias in Hispania deleuit: & anno ætatis suæ 20. Imperator creatus est: cùm antea Eleciores Principes detulissent Imperium ad Fridericum Saxonem, cognomento Sapientem, qui multis de causis dignitatem hanc repudiauit, & in Carolum s. transtulit: propter illius egregias virtutes, & spem, quam de se præclaram præbuit. Huius res gestæ non minus multa & difficili in varietate versata sunt quam ipsius Maximiliani I. tūm ratione Ecclesiæ, tūm Politiae, tūm etiam vītæ domesticæ. Ob mutationem religionis, & reformationem Ecclesiarum Pontificiarum, quæ in ipsius tempora incidit, conuentus habuit multos & celebres, Wormatiæ Anno Christi 1521. vbi Lutherus autor reformationis Euangelicæ, per Germaniam illo seculo præcipuus, coram dogmata sua exposuit, eorumq; rationem reddidit: Noribergæ An. C. 1523. in quo Pontifex Adrianus, cùm emendationem Ecclœsiæ & Curiæ Romanæ obtulisset per Lega-

per Legatum Franciscum Cheregatum : Natio Germanica sua vicissim grauamina scripto comprehensa, eidem tradidit & Concilium liberum ac vniuersale flagitauit: Spiræ A. C. 1526. vbi utraque pars admonita : vitam & doctrinam suam instituat ad eum modum qui probari possit Deo & Cæsari, vsque ad tempus Concilij. Spiræ iterum An. Ch. 1529. vbi Euangelici contra eam partem Decreti, quæ libertatem Religionis ad vsque Concilium adimere videbatur, Protestati sunt : & ex hoc Protestantium nomen inuenierunt. Quin & optimus pacisque studiosiss. Imperator, profectus in Italiā, ob componendum Religionis hoc dissidium, cum Clemente 7. Pontifice Bononiæ ea de re locutus est : aliquo cum successu. Augustæ dehinc omnium Procerum ac Statuum Imperij conuentum egit, An C 1530. in quo de religionis controversia tollenda : & de communibus, contra Turcam immaniss Christiani nominis hostem, auxilijs mittendis, actum est. Religionis negotium multa cura suscepturn est utrinque, & ab Imperatore, & à Principibus Euangelicis eorumque confederatis: exhibita ab his confessio de præcipuis Religionis Capitibus, authoribus Luthero & Melanthone confecta: quæ coram Cæsare postmodum lecta, à Pontificijs Doctoribus tūm refutata, iterum defensa, amicè per colloquium explicata, denique constatim, à Protestantibus retenta & publicè diuulgata, Augustana Confessio dicta, & in omnem oram orbis Christiani sparsa, velut ultima tuba, Euangelij Christi, antè extremum ipsius aduentum emissā est. Cum verò tūm minus conueniret inter Ordines Imperij super ea re, dissoluto conuentu fœdus Smalcaldia in eunt Protestantes Principes cum socijs: si forte propter Euangelij professionem armis peterentur: vt essent tutiores. Ingruente autem bello Turcico, iterum coactis Noribergæ Comitijs An. Ch. 1532. exoptata inter Cesarem & Protestantes pax facta est, autoribus Alberto Moguntino, & Ludouico Palatino: magis omnium gratulatione: donec post multos annos, bellum Germanicum conflatum est A. C. 1546. quod Protestantum, Smalcaldicum & Germanicum bellum dictum est: in quo duces fœderis Smalcaldiæ Ioh. Fridericus Dux Saxonie, & Philippus Landtgrauius Hassiae

Grauamina
Nationis Ger-
manicae.
Conuentus Spi-
re. A.C. 1526.
Salutare De-
cretum Spirens.
Conuent. Spire.
An. C. 1529.
Protestantium
nomen.
Conuentus Au-
gustæ A.C. 1530.
soiennies.
Capita Delibe-
rationis.

Confessio Au-
gustana.
Authores eius
Luther. et Phi-
lippus Melant.

Vltima tuba
Euangelica.
Fœdus Smal-
caldicum.
Conuentus No-
riberg.
An. C. 1532.
Pax inter Cesare-
rem & Princi-
pes Protestates.
Bellum Prote-
stantium per
Germaniam.
Ioh. Frider. dux
Saxonie.
Philip. Landt-
granius Hassie-

*Duces Prote.
stantium capti.
An. C. 1547.
Mauritius Sa-
xon. pr. Elektor
factus.
Protestantes
multati.
Principes prote-
stantes liberati.
Magdeburgi-
sis obficio.*

*Lazarus Suen-
dius imp. Dux.
An. C. 1551.
Alta bella Ca-
rolis. varia &
maxima.*

*Bellum cū Fran-
cisco Galliarum
Rege. A. C. 1521
captum & du-
gestum.*

*Ducatus Me-
diolanensis con-
trouersus.
Francisc. Gall.
Rex captus ad
Papiam.
An. C. 1525.*

*Liberatio ex
captivitate Fr.
Gall. R.*

contrā Cæsar is Proscriptionem sese armis defendant es, succubuerunt, An. C. 1547. Dominica Misericordia: dissipata magna manu Peditum & Equitum in Saxonia ad oppidum Mulbergam, & syluam Lochanam: vbi Saxonie dux Ioh. Frider. captus, & Cæsari adductus in custodiam datus est: Witteberga occupata: Landgrauius Hassia in potestatem Caroli 5. adductus: Saxonie Electoratus à Ioh. Friderico ablatus & Mauritio traditus solenniter: Ciuitates & alij foederis Smalcaldici socij (in quibus & Bohemi) multati, ingenti depensa viauri & argenti, tormentisq; plurimis hinc inde à Cæsarianis conquisitis, & pax Germaniae reddita. Principes autem captiui demum An. C. 1552. opera Mauritij Saxonie Electoris liberati sunt. Circa illud tempus, Magdeburgum quoque celebris Saxonie Ciuitas, à Cæsare proscripta, graue bellum, ob Religionem sustinuit, & obsessionem arctissimam fortiter pertulit, vrgente Mauritio duce Saxonie ex Cæsaris mandato: & Lazaro Suendio, nomine Imperij: in quo bello cum multa hostiliter essent vtrinque facta, tandem bonis conditionibus An. C. 1551. Witebergæ transactum & obsidio soluta est: ciuitasque infidem Imperij redacta. Verum hæc postrema Caroli 5. Imper. in Germania bella fuerunt, armaque victoria: quæ tamen viginti quinque annis prius, per Orbem penè terrarum circumtulit, rebus maximis grauissimisque eo tempore gestis. Nam cum An. C. 1521 bellum graue & diuturnum ex æmulatione quadam exarsisset, inter Carol. Imper. & Franciscum Galliarum Regem: arresta occasione isthac, foedus faciunt Cæsar & Pontifex, ac præsidium quod habebat in Italia Gallus, inde depellunt: amplissimum Principatum Mediolanensem Francisco Sfortiæ restituunt: quem cum Gallus iterum in potestatem suam redegisset, accedentes cum copijs Cæsariani ad Ticinum & Papiam vicerunt Gallum, & in Hispaniam captiuum abduxerunt: vbi cum in morbum incidisset Gallus: & Rex Angliae cum matre Galli, Veneti quoque cum Papa multa clam molirentur contra Cæsarem, tandem redditio Ducatu Mediolanensi, & alijs Imperatis factis, Gallus in regnum suum honorifice dimissus est: relictis tamen obsidibus duabus filijs maioribus: & certamen illud vtrinque compositum.

Hæc

Hæc dum in Italia & Gallia geruntur : magni quoque in alijs Regnis motus existunt : Turca Belgradum, & Rhodum Insulam, aliasque prouincias capit: Hungariam vastat : tumultuantur in Germania Franciscus à Sickingen contra Wormatienses : rustici ingentem passim seditionem mouent, & miserè cæduntur : Ulricus Wirtenbergicus dux pellitur : & posteà rupta Sueorum liga, per Philippum Hassiæ Landgrauium restituitur : Anabaptistæ duce Thoma Munzero & alijs eius farinæ hominibus fanaticis, multa turbant per Germaniam sed supplicijs afficiuntur : recuperato Monasterio vrbe Westphaliæ, quam illi occuparant, A. C. 1532. Interim Franciscus Galliarum Rex fœdere cum Papa & Venetis renouato, iterum negocium facevit Cæsari, super Mediolanensi Ducatu, quem defendere conati Duces Cæsariani, Borbonius Princeps, Antonius de Leua, & Fronspergius, cùm auxilijs destituerentur : Placentiam, Florentiamque prædæ causa petiuerunt : posteà simulantes sibi iter esse in regnum Neapolitanum Roman de improviso occupant, amissio in oppugnatione fortissimo Duce Burbonio : Pontificem Clementem 7. in Adriani mole obsident, nec nisi post septimum mensem, iussu demum Cæsar is eundem liberant: interea cædibus, incendio, direptionibus vrbe vastantes: donec An. Ch. 1527. dispersi & in sua quique redeuntes, pax inter Clem 7. & Cæsarem facta est, eiusque coronatio Bononiæ anno 1530. secuta. Quo tempore Gallus Neapolitanum regnum adortus, A. C. 1528 Duce Odetto Fuxio Lautrechio Neapolim obsedit, Duces Cæsarianos cœpit, & Maris vsum subditis ademit, grauius afflicturus Regnum : nisi lue Pestilentiae fuisset exercitus eius deletus : unde pax iterum facta cum Carolo An. C. 1529. Ea tempestate cùm à Iohanne Transyluanæ Wayuoda Solymannus Turcarum Imp. fuisset attractus in Hungariam & Austriam, contra Ferdinandum, ac trecentis hominum millibus adductis, Viennam obsidione premeret, & Ferdinandus Caroli fr. Bohemiæ & Vngariæ Rex in magno versaretur periculo : Carolus coacto exercitu fortiter eum defendit, cum vrbe Vienna: opera cum primis Philippi Duci Palatini, qui præsidio vrbi fuit, hostemque repulit : Ille autem amissis circiter octoginta millibus hominum

Turci motus
terra mariq.;
Belgradum ca-
ptum.
Khodue Insula
amissa.

Franciscus à Si-
ckingen contrà
Wormatienses.

Seditio Rusti-
cana.

Ulricus Wirten-
bergicus pulsus.
Liga Sueorum
rupta.

Wirtenbergicus
restituitur.

Anabaptista-
rum bellum.
Bellum cum
Francisco Gall.
Rege.

Irrupcio in Ita-
liam Cæsarian.
Romæ occupa-
tio.

Pax inter Cæs.
& Pontificem.
Coronatio Ca-
roli 5. Bonon.

An. C. 1530.
Regnum Nea-
politanum af-
fictum à Gallo.

Odetus Laut-
rechius Duce
Franc. Reg.

Solymannus
Turcarum Imp.
Vienna obsesio.
Ferdin. Hung.
&c. Caroli Fr.
Philippus Pal-
atinus Dux..

Immanitas Turcica. A.C. 1532.
Gunsium oppidum 13. vice op-
pugnatum.

Nicolaus Iurit-
Zius.

Turca Linz-
um vsq; grappa-
ter.

Turce fuga.
Bellum in Af-
frika Tunetan.
Corrad. Barba-
rossa Archipi-
rata.

Muleasse Tu-
neti Rex.

Algieriana pro-
fectio in Mau-
rit. A.C. 1541.

Varij labores
Carol. 5. Imp.

Dux Florenti-
nus primus.

Sabaudia Dux
restitutus.

Belgici ordines
& Principes
castigati.

Metamissa.
Praelium ad S.

Quintin.

Caleatum recu-
peratum.

Borussia & Li-
uonia Polon. R.
tributa.

Concilium Tri-
dentinum. —

Mauricius Ele-
ctor d/B:par Cö-

hominum retrocessit: sed non sine maxima præda, & depopulatione agrorum quaqua versus, multaque crudelitate in miseros subditos, exercitata: quam etiam anno 1532. reuersus cum ducentis armatorum militibus continuavit immanissimus hostis, ter decies oppugnato oppido Gunsio (quod diu Nicolaus Iuritzius fortissimè defendit) & emisso exercitu, qui Austriam Lintzium usque peruerasit depopulando, metum magnum Germaniae incussit. Sed superueniens Carolus cum ingenti manu ex Italia, Hispania, Germaniaque comparata ad ducenta millia peditum & triginta millia equitum, Solymannum aduentu suo terruit, ac retrocedere coëgit. Africa quoque sensit arma Caroli, cum Coradinus Barbarossa Archipirata, Classis Turcicæ præfectus, mare suis incursionibus vexauit, & in Africa Tunetanum Regnum, effecto Rege Muleasse, occupauit: contra quem præfectus Cæsar, adornata Classe in Africam venit, vrbem Tunetam cum arce Golleta cœpit: Muleassem restituit & sibi vecigalem fecit Anno Christi 1535. Quin ut Solymannum ex Vngaria aliò auocaret Cæsar, Anno Christi 1541. Algieram Africæ vrbem cum magno exercitu petiuit: Mauros & Turcas ibi subacturus: sed cum cœlum, ventos, maria & omnia aduersa videret: dicens malle se vnum Christianum seruare, quam mille Turcas aut Pœnos trucidare, reuersus est in sua. Deinceps varijs defunctus laboribus & periculis in Italia optimus Cæsar: dum Mediolanensem defendit Ducatum: Alexandrum Medices Ducem Florentinum creat. Sabaudiæ Ducem restituit: in Belgio Gandaenses & Geldrienses in ordinem redigit: Iuliacenses Principes domat & castigat, cum Germanis Principibus & Socijs eorum bello contendit, eosque domitos punit: Gallo ad Metim infeliciter resistit, amissa vrbe: eodem interim ad Quintinum cæso, & Caletto à Gallis recepto: Poloniæ quoque Regnum augeri vidit, accessione Borussiæ & Liuoniæ: Hungariam & Transyluaniam à Turcis vastari, eripi, ac minui: multa alia priuata quoque incommoda sibi obijci: pertæsus tandem vitæ & Imperij, dum pro Concilio Tridentino Oeni ponti excubat, & contra se bellum moliri intelligit etiam eos, quos penitus addictos sibi putauerat, aduentate Mauricio Saxon. Electore,

Electore, relictâ Germaniâ, nauigauit in Hispaniam, & Imperij dignitate Electoribus Francofurti resignatâ omnem gubernationem fratri Ferdinando Romanorum regi tradidit per Germaniam: in cæteris Regnis Philippo Filio successore vnico constituto, Anno Christi 1558. nec multò post in Monasterio ordinis S. Hieronymi ad S. Iodocum, inter pias preces & vsum cœnæ Dominiæ placidissimè expirauit: Heros incomparabilis & Priscis Imperatoribus laudatissimus adnumerandus, vixit annis 59.

Ferdinandus frater Caroli, delatum ad se ab Ordinibus Imperium, Francofurti suscepit Anno Christi 1558. natus Modinæ in Castilia, & probè educatus, in Austria veniens, mox Vngariæ & Bohemiæ regnis decoratus est. Propter quæ varia etiam incommoda sustinuit, Iohanne Transyluanie Wayuoda, Turcarum contra se Tyrannum concitante, quem tamen virtute sua & Ducum Mauricij Saxoniæ Principis Lazari Suendij Caziani militis & aliorum fregit: ita vt deniq; etiam Ibraim Bassa, Legatus Solymanni sequutus sit Imperatorem ad Comitia Francofurtana, pacemque in annis octo petiuerit. Bella vidit sua ætate non exigua geri: vt pote bellum in regnis exteris, inter Philippum Hisp. & Henricum Gall. Reges, quod poste à tamen compositum est, Philippo Henrici filiam in matrimonium ducente: sed Henrico 2. in Hastiludio à Mongomero Principe sublato: mox intestinum in Gallia bellum enatum est, ob religionis mutationem, Guisio & Condæo principibus grauissimè inter se dissidentibus: vnde multæ cædes, vrbiū vastationes, & alia incommoda nata sunt, præsertim Evangelicis: quorum Conciones totæ in Cohors crematæ, Senoni mactatæ: Principes eorum capti, & in exilium acti sunt: donec Nauarræ Rege ad Rotomagum, & Guisio ad Aureliam occubentibus, motus isti vtcunque conticuerunt. Similiter in Dania & Holsatia: à Friderico 2. Dano, & Adolpho Holsatio tumultuatum est: itemque in Suecia aduersus Ericum Regem: quo bello Dani Norduegiam recuperarunt. Moschus quoque Lituaniæ tum inuasit & occupauit. In Germania autem, cum Mauricius Saxoniæ Elector, in prælio cum Alberto Marchione occubuisset: Ferdinandus pacis & tanquillitatis publicæ studiosiss. Princeps,

T

cilium Trident.
Caſar Carol. re-
linquit Germa-
niā.

Carol. abdicat
se Imperio.

Philip. Caſoli
E. Hisp. R.

Mors Caſoli
placida in Mo-
naſt. S. Iodoci.

Ferdinandus
Imp. A.C. 1558.

Regna.

Bellum Turci-
cum.

Duces & mil-
ites Ferdinandi.

Legati Turcici
Francofurti in
Comitijs.

Bella extera.

Hispani cum
Gallo.

Intestina bella
in Gallia.

Guisius & Con-
dæus hostes.

Evangelicorum
persecutiones in
Gallia.

Bellum Dani-
cum & Holsa-
ticum.

Bellum Sueci-
cum.

Moschus Litu-
aniā inuadit.

Mauricius Sa-
xo occubit.

Pacis studium
in Ferdinandō.

Ducatus Wirtemberg. Ulrico restitutus.

Conuentus Augustæ.

Pax Religionis & publicæ tranquillit.

Consil. Tridentini finitur.

Interim liber expirat.

Exequiae Carol. s. Imper.

Integer r̄sus

Cœnæ Dominiæ à Pio 4. concessus.

Laus Ferdinandi.

Mors.

Maximilianus II. Imp.

An. C. 1564. Bellum Turicum.

Iohannes Wayuoda.

Pax cū Turca.

Grumpachius & alijs proscripti puniti.

Grimmenstein arce destructa.

Ioh. Frid. Dux Saxon. captus.

Pax in Germania ob religiōnem.

mox cuncta dissidia sustulit: Ducatum Wirtebergensem ab Ordinibus Sueviæ sibi concessum, & à fratre Carolo confirmatum Ulrico, (& à Landtgrauio Hassiæ reducto) sponte sua restituit, directum eius dominium duntaxat sibi reseruans. Pacis causa Conuentus instituit Augustæ, & alijs in locis: Passauensem transactiō nem anteā factam confirmauit: decreta nobilissima de Publica fide ac tranquillitate sanciuit: vnde Concilij Tridentini, & Libri Interim per Germaniam finis fuit: exsequias Carolo fratri piè & magnificè fecit: subditos passim cum Magistratibus suis per omnes prouincias humanitate & prudentia sua rexitatque in officio continuuit: à Pio 4. Pontifice integrum vsum Cœnæ Dominiæ pro suis impetravit: literas & literatos amauit, & osoribus eorum succensuit: fidem & constantiam in dictis factisque coluit: tandem catharris perpetuis extinctus Anno Christi 1564. Imperij 7. ætatis 61. Successit Ferdinando, Maximilianus 2. filius pari pietate, moderatione, & quanimitate, candore, fide atque humanitate prædictus Princeps, qui paulò antè renunciatus Romano rum Rex, itemque Bohemiæ & Vngariæ statim anno 1566. arma Turcica sensit, quæ vt potuit, fortiter partim repressit, partim sustinuit: oppidis atque castellis Hungariæ alijs amissis, præcipue Iula & Zigetho: alijs receptis, vt Neustadio, Vesperino, Dotis &c. Iohanne Wayuoda Transyluaniaæ attrahente hostem: vt illius auxilijs Hungaria potiri posset: cum quo tamen humaniter & amicè Maximilianus Cæsar composuit, etiam cum ipso Turca in octo annos pacem sanciens. Germaniam, quanto potuit studio pacauit, & ob id rebelles quosdam atque ab Imperio proscriptos: vt Grumpachium (nobilem Francum, qui Herbipolin diripuerat) & socios in arce Grimmestein per Commissarios Imperij. maximè Augustum Saxoniæ Electorem, cœpit, atque suppli cijs affecit: munitissima arce totius illius prouinciaæ solo æquata, & Iohanne Friderico Saxoniæ Duce (apud quem illi latitauerant) in custodiam abducto Anno Christi 1567. in qua etiam is mori voluit. Deinceps partam in Germania tranquillitatem publicam, maximo studio defendit atq; conseruauit, tam inter Pontificios, quam Euangelicos: nullius conscientiæ passus vim inferri: dicens

Cœli

Cœli arcem inuadere eos, qui in conscientias aliorum sibi imperium sumunt: ideoque & Austriacæ nobilitati doctrinam Augustanæ confessionis liberam concessit: & ut secundum Pacificationem in Religione factam, piè, modestè, tranquillè viuant & agant omnes subditi Imperij voluit atque optauit. In infinitimis Regnis atque prouincijs suo tempore multa horrenda bella, seditiones, cædes motusque alios sensit, quibus tamen sese implicari nunquam passus est. Bellum Melitense omnium acerrimum & atrocissimum, temporibus ipsius à Turcis gestum: itemque bellum Cyprium cum Venetis ab ijsdem: in quo Nicosia direpta, Fama-gusta capta, & multa horrenda à Barbaris hostibus admissa sunt: Venetis tamen egregiam victoriam naualem ad Echinadas Insulas, de Turcis adeptis: & Ioanne Austriaco in Africâ alijsque locis multa gloriösè gerente. Sic in Belgico motus quoque vidi magnos, pòst introductam Hispamicam Inquisitionem, & Tridentini Concilij exsecutionem, à Margaritha & Ferdinando Albano duce, vicarijs Hispan. Regis per illas prouincias: qua Egmondus & Hornius Euangelici Comites capite plexi: Principes Vranien-ses proscripti, & multa millia hominum perierunt partim inten-stinis dissidijs, partim vi manifesta. Nec minus hac tempestate Gallia fuit afflicta sub Rege Carolo 9. multis bellis ciuilibus ge-stis, inter Guisios, Condeum, Admiraliū, & cæteros Euangelicos, quibus auxilia tulerunt Germani Principes, cum primis Wolff-gangus Palatinus, qui in illa expeditione piè obiit, cum magno lu-etu omnium bonorum: & Iohan. Casimirus Palatinus, quorum ope pax quidem facta fuit, Anno Christi 1570. sed parùm firma: quippe paulò pòst in festo S. Bartholomæi, & Nuptijs Henrici Regis Nauarræ cum sorore Caroli 9. improuisa & subitalaniens ex-citata Anno Christi 1572. in qua Admiralius Caspar de Coligni, cum multis primoribus, & ingenti ac propè innumerabili homi-num multitudine, per totam Galliam vno tempore miserè perijt. Nec quieta fuit ea tempestate Liuonia, Walachia, Russia, & vici-næ prouinciæ: sed à Moschis & Tartaris alijsque hostibus infesta-tæ, quibus omnibus malis ingemiscens optimus Imperator, suas partes agens, Germaniam in alta pace custodiuuit: legibus & disci-

Moderatio
Maximiliani.
Religio Austri-acis libera.
An. C. 1586.
Bella extera
sub Maximil.
Melitense cum
Turcis.
Cyprium cum
Venetis.
Nicosia & Fa-magusta.
Venetor. victo-
ria ad Echina-
tas Insulas.
Iohannes Au-
striacus.
Belgica bella.
Hispanica In-
quisitio.
Egmondus &
Hornius subla-
ti.
Vranien-ses Fr.
proscripti.
Bella Ciuilia in
Gallia.
Carol. 9. Rex.
Persecutio Eu-
gelicorum.
Wolfgangus
Palat. Dux
Biponti.
Iohan. Casimi-
rus Dux Palat.
Laniana Pari-
sensis in Festo
Bartholomei.
Admiralius
Francie tru-
cidatus.
Bella in Liuo-
nia &c.

Germania pacata.

Proles numerosa Maximiliani 2.

Laus coniugis Maximiliani.
Mors Maximiliani 2.

Nova Stella in Cassiopeia.

Rhudolphus II. Imp. A.C. 1526.

Bellum Turcicum.

Bellum Persicum.

Bellum Mauritanicum.

Amurathes 3. fædera reno. uat.

Sebastianus Lusitanie R.

Stephanus Poloniae Rex.

Dantiscan. bellum & Moscouit.

Sigismundus. Sueciæ & Maximil. Austr.
Motus Belgici. Gubernatores. Belgij Hispaniæ.

plina bona conseruauit: ornauit: auxit: domi suæ felix beatusque ex vna coniuge Augusta Caroli 5. filia, sedecim suscepit liberos, quæ rarò vt virtutis, ita dignitatis exemplo, Cæsar is fuit filia, Cæsar is nurus, Cæsar is coniux, Cæsar is mater: donec tandem continuis doloribus ex palpitatione cordis alijsq; corporis infirmitatibus, Ratisbonæ Principum Imperij agens conuentum, ipso die Maximiliani inter pias & ardentes preces, firmaq; fidei. C.H.R. i-s t.v.m. Seruatorem placidissimè expirauit. Princeps, pietate, virtute, humanitate clementia, nulli secundus: qui è conspectu colloquioq; suo tristem dimisit neminem: nec quicq; citius, quam iniurias oblitus est. Decessit; Anno Christi 1576. cum in cœlo anteà paucos annos in Cassiopeæ Asterismo, noua ac prodigiosa visa fuisset Stella, quæ anno diutius constitit immota, & sensim attenuata euanuit:

Successorem Imperio reliquit Maximilianus, Filium Rhudolphum 2. Ratisbonæ in Comitijs Imperatorem designatum & anteà Hungariæ, Bohemiæ, & Romanorum Regis titulo condecoratum, verum & genuinum Hæredem, vt dignitatum, ita etiam virtutum paternarum. Sub hoc Turcæ Persæque grauissima bella inter se iunctis Tartaris, gesserunt, variâ fortunâ: Persis tamen plerunque victoribus: quo tempore Amurathes Turcarum Tyrannus pacem cum Rhudolpho Imper. fecit ad octennium: itemque cum Persa, cum Polonis, Anglis, Gallis & Venetis, foedera sua renouans. In Mauritania autem inter Sebastianum Lusitanie, & Abdelmelechum Mauritaniæ Regem pugna exitiosa commissa: in qua cum Sebastianus captus, & perisse creditus, Regnum Portugaliæ cessit Hispano: quod nunc quidam Sebastianus rediuius ab eodem repetere dicitur. Interim Stephano Poloniæ Regi ingens fuit bellum cum Dantiscanis: deinde cum Moschis propter Liuoniam, cui cum successisset Sigismundus Sueciæ Rex, bellum inter ipsum & Archiducem Maximilianum ortum est: in quo captus hic, & paulò post liberatus fuit. In Belgio motus ob Religionem & Rebellionem continuati sunt, ad Antuerpiam & alia loca: Gubernatoribus, Ludouico Requensi: Iohanne Austria-co, Mathia Archiduce, Alexan. Duce Parmensi: Petro Ernesto & Carolo

Carolo Mansfeldicis: Ernesto & Alberto Archiducibus Austriæ: qui suis & sociorum viribus Hispaniarum Regis partes, hucusq; variâ fortunâ turati sunt, contra Principes Vraniæ, Wilhelmum & Mauritium: Status Hollandiæ & Seelandiæ, eorumque auxiliatores, Gallos, Anglos, & Germanos quosdam Principes atque Comites, qui magno itidem conatu huc vsque libertatem Patriæ & Religionis defenderunt, Ducum potentia, militum robore, consiliariorum peritiâ, & felicitate suffulti, in quibus Martinus Schenckius, etiam claruit; ab Hispanis ad Status deficiens. Aquisgrani etiam, Coloniæque ob libertatem Religionis diu multumque hac tempestate dimicatum est: donec submoto Gebhardo Trucsessio (qui ducta Agnete Mansfeldica in uxorem Religionis vtriusq; libertatem iuxta pacificationem veterem subditis, concesserat) Ernestus Bauariæ dux, præsul eligitur & confirmatur. In Gallia non minus magna & periculosa bella hucusq; fuerunt, ob Religionis dissidium inter Principes Galliæ Euangelicos, & Regem Carolum 9. eiusque Fratrem Henricum 3; qui hac tempestate Poloniæ Rex factus, post paucos menses, audita morte Caroli Fratris in Galliam rediit, non sine magna Polonorum indignatione: sub quo, recruduit bellum ciuale ac intestinum, quod varijs modis vtrinque diu multumque gestum est: præcipue Guisijs & Henrico Nauarræo, eorumque socijs, acriter inter se dimicantibus: & ex illorum parte Sancta Liga Catholicorum, ex horum exercitibus Germanorum resurgentibus: non sine multis incommodeis Galliæ, Lotharingiæ, Burgundiæ, Mompelgardia, Alsatia, & vicinorum Regionum atque ciuitatum: donec Guisiani de ambitu regni suspecti, ab Henrico 3. iugulantur: Rex autem ipse, à Iacobo Clemente Monacho, cultro venerato occisus, animamque agens, pro legitimo successore agnoscit & declarat Henricum 4. Borboniæ & Nauarræ Regem, qui quòd diuersæ esset Religionis, armis se regnumque tueri hucusque necesse habuit: varijs priuatim insidijs Sicariorum expositus, & publicæ vi æmulorum obiectus, Guisianorum cum primis, quibuscum multa maximaque prælia commisit: tandem vero superatis cunctis malis, cum Lutetia apud S. Dionysium professus esset: se

Principes Vraniæ & Socj.

Status Hollandiæ & Seeland.

Martinus

S. henck.

Aquisgrani motus.

Coloniense bellum.

Gebhardus

Trucsessus.

Ernestus Bauariæ Dux.

Gallici tumultus.

Henricus 3. Andegauens. Rex Poloniæ.

Intestinum bellum in Gallia gravis.

S. Liga.

Guisiorum interitus.

Iac. Clement. Monach. Henr.

3. occidit.

Henricus 4. Nauarræ et Gallia Rex bellicosus.

Pericula eius.

Conuersio ad fidem Catholicæ.

*Coniugium cum
Princ. Floren-
tina.*
*Bellum Sabau-
dicum.*
*Elisabetha An-
glie Regina.*
*Maria Scotie
Regina.*
*Armada Hi-
spanica.*
*Draco Nauar-
chæ Anglic.*
Cales Males.
*Calendarium
Gregorianum.*
An. C. 1582.
*Tumultus Au-
gustanus.*
*Argent nense
bellum.*
*Iohan. à Man-
derscheidt Epi-
scopus.*
*Duo Episcopi
Argent. diuer-
sa Relig.*
*Iohan. Georg.
Brand. Pr.*
*Carolus Lotha-
ringia Pr. Car.*
*Marchionatus
Badensis con-
trouersus.*
*Ernestus Fride-
ricus Mar. bio.*
*Edwardus For-
tunatus Mar-
chio expulsus.*
*Annus Iubilæus
sub Clem. 8.*
*Ducatus Ferra-
riensis.*

Catholicum, in Regem Galliarum vngitur & confirmatur: quod Regnum etiamnum contra omnes aduersarios, & recens contra Sabaudum (bello graui ob Marchionatum Salutiorum gesto) mira felicitate ac fortitudine defendit, inimicos cunctos in gratiam recipiens, & ad tranquillitatem Regni sui omnia consilia referens: nuper Florentina Principe Virgine in matrimonium ducta. Floret etiam sub hoc Imperatore, Elisabetha Angliae Regina, iam multis annis, in vita cœlibe, eruditione, virtute, felicitate, potentiaque clara, quæ opponens sese viribus Hispanorum & vicinorum æmolorum, multa hucusque pericula & labores infinitas sustinuit: Mariam Scotiæ Reginam aduersariam sustulit: Armadam Hispanicam 150. nauium in mari dissipauit: Indiam, & alias remotissimas Insulas, Draconis Nauarchæ industria, inquisiuit: Cales Males occupauit: alijsque rebus bello & pace, terra marique gestis nunc Gallicano & Ordinum Belgicorum fœdere munita qui-escit, fœmina rari exempli. In Germania, tranquillus sic satis fuit Status sub optimo hoc Imperatore Rhudolpho: nisi quod ob Calendarium Gregorianum Anno Christi 1582. introductum, Augustæ Vindelicorum & alibi tumultuatum est, itemque in agro Coloniensi ut suprà dictum: & Argentinensi, vbi decedente è viuis Iohanne à Manderscheidt, Episcopo: ob duos simul diuerso Canonicorum Pontificiorum & Euangelicorum calculo electos Præsules, bellum exorsum est: Euangelicis Iohan. Georg. Brandenburgicum: Pontificijs Carolum Lotharingiæ Cardinalem, non sine magno totius Provinciæ damno defendantibus: quibus malis tamen bonitate, consilio, prudentia, virtuteque Cæsarisi & obuiam hucusque itum est, & remedia adferuntur quotidiè. De Marchionatu quoque Badensi contentio fuit, Principi Ernesto Friderico, cum Eduardo Fortunato adgnato, qui cum alienare eum vellet, & grauia quædam alia moliretur contra suos, exutus est Dynastia Badensi, & in exilio perijt. Hæc & alia dum geruntur passim per orbem Christianum sub Imperatore nostro (sola propè Italia sub varijs Pontificibus hisce annis quiescente, & læsum Iubilæum sub Clemente 8. Pontifice celebrante, nisi quod de Ferratiensi Ducatu aliquandiu etiam certatum fuit, & Banniti tumul-

tumultuantes cohibiti sunt) Turcæ, violata pace, in Croatianam iterum irrumpunt, Anno Christi 1592. Castra, Arces & oppida quædam capiunt, nouumque ac periculosum bellum concitant: in quo gerendo, optimus Cæsar cum Fratribus, Archiducibus Machia & Maximiliano multis iam annis vehementer occupatur. Dumq; interea Moschus & Persa cum Tartaris & Walachis, multa, missis Legatis muneribusque, pollicentur: Transylvanianus quoq; Sigis. Battori vitam & fortunas omnes impendit: ingens rerum oritur vicissitudo: victoria nunc penes hostes, nunc penes Christianos existente. Christiani Teuffenbachium, Mansfeldicum, Schwartzenburgicum, aliosque fortissimos Duces & bellicosos milites, prudentissimosque Consiliarios (qui ad Strigonium, Iaurinum, Budam, alijsque in locis, res fortiter feliciterque pro salute suorum gesserunt) multis votis nunc expetunt atque desiderant. Cumq; non exiguo hodiè in discrimine constitutiones sint, cum optimo Imperatore & reliquis fortissimis Ducibus, ob Canischæ propugnaculum totius Styriæ & Austriæ nuper à Turcis ereptum: & Agriam aliaque loca munitissima iam pridem amissa: meritò sanè his recuperandis: tuendis autem conseruandisq; ijs, qui pro salute Christianorum & Imperij Romani, sua obiectare capita, & singulis momentis, ceruices suas hostibus immanissimis, ferendas præbere, nunquam cessant: intenti debent esse omnes, suaque opes & auxilia omnia conferre ex toto orbe Christiano, quotquot horrendas in Deum blasphemias & fœdam seruitutem, sub Ottomanicis Tyrannis ferendam, auersantur: gloriam verò Dei libertatem Patriæ, professionem Christianæ Religionis salutem posteritatis, vñà cum Maiestate Cæsarea, totaq; laudatissima domo Austriaca (quæ vnicum à tot annis Christianorum, contra Turcam iuratam & communem hostem propugnaculum extitit) saluam & in colum videre, posterisque relinquere cupiunt.

Banniti cohibiti.
Turcæ violent pacem.
An. C. 1592.
Bellum Turci-
cum graue &
diuturnum.
Exterz legatio-
nes & auxilia.
Sigis. un. Batt.
Transyl. Way-
uoda.
Teuffenbachiu-
s, Mansfeldi-
us, Schwart-
zenberg, &c.
gloriosi Duces
mortui.
Periculum Chri-
stianorum.

Austriaca do-
mus propugna-
culum contra
Turcas.
Votum.

Atque

Conclusio Narrationis.

ATque hic sit terminus finisq; instituta Narrationis nostra Historice, ex qua Studiosi harum rerum haud dubie cognoscere poterunt, quæ à primordio Mundi, ad usque natum Seruatorem CHRISTVM, & inde ad præsentia nostra tempora memorabilia gesta sint: quæ fuerint Imperiorum, Regnum ac Magistratum principia, progressus, mutationes, interitus, tam in Ecclesia, quam in Politia: & simul q; ex magnitudine ac obiter videre, quæ mortalium hominum conditiones sint ac vicissitudines: qui casus rerum, quæ varietas ingeniorum, studiorum, consiliorum, actionum humanarum: quam multiplex, lubrica & inconstans fortuna: quam infinita omnes in partes virtutum atque vitiorum exempla: quæ deniq; singulorum præmia & pænae: ex quibus eligat quisque, sibi ex usu quod sicut: ut possit λέγειν τὰ ἀριστα, ηγετεῖν τὰ δυωτὰ, ζῆλω τῶν ἀριστῶνq; Φυγῆ τῶν χειρόνων, optima dicere & possibilia facere, emulatione optimorum & fuga deteriorum: & sic animum, studia, actionesq; cunctas cum publicè tūm priuatim dirigere ad verum finem qui est gloria Dei, & Republicæ priuatag; sui cuiusq; salus & incolumentas: qua de re in Historia Præctica suo tempore copiosius.

Venimus ad pertum magni dulcisq; laboris:
Anchora sit CHRISTVS, fessa Carina, tibi.



ADM O-

Σωὶ Θεῷ

**CONTINUATIO
NARRATIONIS HISTORI-
CÆ, COMP: PHILIPPI FRI-
DERICI GLASERI Argento-
ratensis.**



NNO CHRISTI 1601. mense Septembri, ingens Terræmotus universam penè Europam horribiliter concussit; quo tempore etiam nascitur Ludovicus Galliarum Delphinus, magno totius Regni cum applausu & gratulatione, eò quòd 50. annis antea Delphino caruisset. Novas Turcarum insidias hoc Anno experta fuit Alba Regalis, quas quidem ab initiore pressit, hostibus in Suburbio, quod jam invaserant, trucidatis; postea verò crescentibus indies Turcarū viribus, expugnata fuit: In Dacia quoq; Basta varios successus ursit, Bistritium, Urbem, quæ ad Sigismundū Hungariæ Regem ab Ipso priùs defecerat, recuperando inq; fidem suam recipiendo. Multa & hoc ipso Anno in Livonia Carolo Sueco adversa acciderunt à polonis, qui partâ ab ipso victoriâ, in miseros Livones crudelissimè desævierunt, Vendâ aliisque locis finitimi per Ratzivillium & Sicinskium militiæ præfectos, occupatis. Ad Rigam quoq; Polonorum castra posita fuerunt: verùm ubi Illa de adventu Sigismundi nuncium accepisset, tumultu ocyùs in Urbe excitato, obsidione liberata est.

* Hâc tempestate capitur in Italiâ Quidam, qui se Sebastianum Lusitanæ Regem (quem olim in pugnâ cum Mauritanis commissâ, periisse referunt) falsò prædicaverat; & postquam Neapolii asino circumvectus, Populi ludibrium sustinuisset, infaustus tandem laqueo suspenditur. Sub id etiam in Genevam Allobrogum Sabaudus, per scalas partibus mœnium excubiis vacantibus

ANNO
CHRISTI
1601.

Terræmotus
per Europam
maximus.
Delphinus in
Gallia natus.
Alba Regalis
à Turcis occu-
pata.

Bistricium in
Dacia oppu-
gnatum.

Bellum in Li-
gonia.

Venda capi-
tur à Ratz-
villo & Se-
cinskio, polo-
norum Duci-
bus.

Riga obside-
tur et strata-
gemate libe-
ratur.

* ANNO
CHRISTI
1602.

*Falsus Rex
Lisztianus affu-
stens.*

*Gentilis à Sa-
lviando frustri
attentata.*

*Bellum Alfa-
ticum de Epis-
copatu compo-
nitum.*

*Bironius Ma-
rescalcus cap-
pice plectitur.*

*Elizabetha
Anglia Regi-
na moritur.*

Sepelitur.

**A N N O
C H R I S T I**
1603.

*Iacobus Sco-
tie Rex Ele-
zabesha Suc-
cessor. Ejus
pericula.
Comitia Rati-
tubena habi-
ta.*

**A N N O
C H R I S T I**
1604.

*Mutationes
Suecia Regni.
Ostenda in
Flandria ca-
pitur ab Am-
broso Spino-
li, Hispano.*

admotas, irritam impressionem faciens, clade à Genevenibus accepta, retrocessit. In Alsatia adhuc de Episcopatu contendebant Carolus Lotharingus & Johannes Georgius Brandenburgicus; quod dissidium ab Henrico IV. Galliarum Rege ad tempus compositum fuit; donec tandem Haganox, Anno Christi 1604. per Fridericum Württembergicum, Concordiae sequestrem, certis conditionibus finem acciperet: cedente nimis Episcopatu Brandenburgico, Eumque in Lotharingum transferente; bonis autem & juribus Episcopalibus per 15. annos sequestro addictis: quibus demum finitis, Illa à Lotharingo Hujusq; successoribus Episcopis, æquâ solutione factâ, redimi possint. In Galliâ Carolus Bironius, Regni inimicus & perduellis, principum more, decollatur Parisiis. In Anglia decepsit ELIZABETHA gloriofissima ac felicissima Regnatrix, cuius heroicæ facinora terrâ mariq; gesta, immortali per Orbem laude circumferuntur: vixit annos 70: rexit 45. Ejus justa peracta sunt Westmonasterii, ubi in Patris HENRICI tumulo magnificè sepulta quiescit. Cui concordibus Ordinum suffragiis in Regno surrogatur JACOBUS Scotorum Rex, quem in limine statim regiminis sui, procerum insidiæ vexarunt, quibus tamen singulari DEI beneficio semper liberatus fuit. In Germania comitia celebrantur Ratisbonæ, pro publicâ Salute & Tranquillitate Imperii. Sub id enim in Belgio & Hungaria periculosi motus & bella gliscebant; quibus tempestivè sedandis Prudentissimus Imperator accuratas cum Principibus rationes instituit.

Suecia hoc tempore gravem mutationem sustinuit, Primoriis Regni fasces à Sigismundo hæreditario Rege auferentibus & Carolo Patruo Ejus conferentibus, cùm propter Reipub. administrationem tūm Religionis Defensionem, quæ sub Sigismundo nutare protinus videbantur.

Flandriæ propugnaculum, Ostenda, post triennalem obsidionem ab Hispano occupatur incredibili penè militum numero utrinq; amissio: unde meritò Palæstra militaris à quibusdam nominari solet. Extrà Imperii quoq; fines Persarum Rex cum Turcarum

carum Tyranno sanguinaria bella gesuit, quibus Taurisium oppugnatum & à Gassio Bego Persis delatum fuit. Novus hoc Annus in cœlo Cometes, juxta Veneris stellam comparuit; de quo varia Astrologorum judicia in vulgus prodierunt.

Quietà interim Italiam moritur Romæ Clemens VIII. Pontifex: cui successit Alexander Medices Florentinus, dictus Leo XI. quem tamen à 26. Pontificatus die fata abripuerunt. Ei substituitur Paulus V. ex gente Burgesiâ. In Germania oritur bellum inter Henricum Julium Brunsvvicensem & Urbem Brunsvvigam quod aliquandiu vehementer flagravit; postea tamen & Cæsaris Authoritate: & Civium Brunsvvicensium maximâ virtute fractum atq; deletum fuit. Marpurgi etiam tumultuatur ob mutationem Religionis à Mauritio Hassiæ Landgravio factam. In Anglia horrenda conjuratio detegitur in comitiis Westmonasterii coactis. Cum nimis Rex unà cum masculâ Prole & Proceribus Illic convenienterent, Eos quidam ex pensionariis Aulæ vintrati pulveris per Loci cuniculos substrati, subruere atque terribili omnino morte absorbere tentarunt: sed frustrâ: author enim conjurationis Thomas Percy, incutis ad Atmicum literis, hâc de re transmissis, statim proditur atque in carcerem coniicitur ubi mortuus, supplicium quodammodo evasit: reliqui autem Ejus complices dignas tanto scelere pœnas tulerunt. Sub id Strigonium in Hungariâ à Turcis ditione capit. Magnæ interea in Moschovia mutationes oriuntur pseudo-Demetrio à Suiskio Principe in Nuptiarum solennibus sublato.

Polonia insuper hoc tempore turbatur à Nicolao Zebrzidovio, Cracoviæ Waiuoda & Januissio Ratzivillio, contrâ Sigismundum Regem insurgentibus, eò quod Ille ad imminentia Reipub. pericula, quantumvis monitus, minimè tamen attentus fuisset: aliaq; Regno incommoda intulisset. cæterum habitis Lublini & Warsawia comitiis, Pax inter ipsos constituitur. In Hungaria MATTHIAS Cæsaris frater cum legatis Turcicis vicennalem pacificationem Comorrhæ sancivit. Venetorum Respub. à Paulo V. excommunicatur, propterea quod leges & privilegia

Bellum Persicum & Turcum.
Cometes, sive phenomenon in cœlo & sisum.

ANNO
CHRISTI

1605.
Clemens VIII.
Papa mortur.

Duo Pontifices uno Anno creantur.

Bellum Brunsvvicense.

Marpurgi
Tumultus oritur.

Conjuratio ne funda in Anglia proditur.

Author Conjurationis

Thomas Percy
Anglus,
Demetrius
Moscovia
Pseudo-Dux
è medio tollitur.

ANNO
CHRISTI

1606.
Motus in Polonia contra Sigismundum Regem.

Matthias Astracius pacé cum Turca facit.

Bellum Venetum.

*Belgici motus.
Belgica aliquæ
civitatis occupata.*

*Vehemens ven-
torum Tempe-
stas.*

ANNO
CHRISTI

1607.
*Donauverda
a Bavaria
Duce occupa-
tur.*

*Academia
Gießena ape-
ritur,
Inducia Bel-
gica.*

*Iohannes de
Nai Monachus
pacificus.*

* ANNO
CHRISTI
1608.
*Comitia Ra-
tibona,
Matthias Au-
striacus irra-
ptionem in
Bohemiam
& Moria
fiam facit.
Matthias Bo-
hemæ et Hun-
garie coro-*

Patriæ antiqua, de non ædificandis novis monasteriis, templis ac Sacellis Venetiis duntaxat concessa, ad omnes suæ ditionis provincias, urbes & municipia, publico Edicto porrexerint. unde dissidium acre inter Pontificem & Venetos enatum, quod aliquantò post Henrici Magni, Galliarum Regis auspiciis & Perronii & Giojosæ, Cardinalium diligentia compositum fuit. In Belgio calamitosæ pugnæ inter Hispanum & Hollandiæ proceres ardescunt, quibus Rinberca, Lochunum & Grolla ab Illo capiuntur: Lochunum vero ab His iterum expugnatur. Sub id etiam vehemens tempestas à Ventis excitata cunctas ferè Orbis partes defædavit.

Donavverda Sueviæ oppidum, ob libertatem suam petulan-
tiūs exercitam, ab Imperatore proscribitur & copiis Maximiliani
Bavari occupatur. Nova Cattorum Academia Gießena à Lu-
dovico Landgravio, dicto Fideli, fundatur. Belgicis ordinibus
induciæ 8. mensium offeruntur ab Alberto Austriaco, per Johan-
nem de Nai, Monachum Franciscanum, hominem industrium &
Pacis studiosum. Hippona Urbs Africæ, (cujus olim Episcopus
fuit D. Augustinus) a magno Hetruriæ Duce, in ipsis nundinis
ex improviso occupatur & prædæ exponitur. In Anglia rebel-
les rustici à Rege Jacobo armis cohibentur & graviter plectuntur.

* Comitia Ratisbonæ rursùs celebrantur sub præsidio FER-
DINANDI Austriaci, Cæsar's vicarii, in quibus de Pace Reli-
gionis stabiliendâ, de Belgicis tumultibus sedandis & re moneta-
riâ in Imperio constituendâ, cum primis actum; rebus autem in-
fectis discessum fuit. Eo tempore MATHIAS, post quam
Hungaricos, ob Religionem inter se dissidentes ad pacem adegis-
set Posonii, Exercitu 20000. equitum peditumq; collecto, in Mo-
raviam & Bohemiam progrederit: ubi non procul ab Urbe Regiâ castrametatus, invito Cæsari utramq; Hungariae & Bohemiæ
coronam extorsit; quam deinceps, prævio statuum consensu, solen-
niter inauguratus fuit. ex quo gravis inter ipsos discordia surre-
xit, quam demum Electores & Principes aliquot sopiverunt.
Hinc à RUDOLPHO ET MATHIA utriusque Regni
subditis Evangelicis, sacrorum libertas, laudabili sanè ad omnem
poste-

posteritatem exemplo, conceditur, ac per literas quas vocant Majestaticas, confirmatur. In Batavia interim negotium illud Pacificationis diu multumq; deliberatum, absolvitur, pactis scilicet 12. annorum induciis & Antuerpiæ de Prætorio publicatis. Magna sub hæc in Juliacensium ditione difficultas oritur, defuncto si- ne hæredibus Johanne Wilhelmo Juliacorum Duce: Cujus suc-cessores Neoburgensis & Brandenburgensis, Principes, de posse-ssione inter se contendebant; quos in amicitiam reduxit Mauri-tius Hassiacus, ita ut postmodum conjunctis viribus Ditionis de-fensionem contrà Cæsarem & Austriacos susceperint. Coloniæ insuper Agrippinæ domestici motus excitantur ob Religionis di-versitatem inter Cives, quorum Evangelica pars à Senatu multa-tur & Urbe ejicitur. * In his motibus, Suevorum Halæ convene-runt Principes & status Protestantes Evangelici; ubi fœdus & unionem contrà Pontificios inierunt: Hi verò Herbipoli congregati, contrà Protestantates Evangelicos Ligam construxe-runt: quorum finis armorum apprehensio fuit. Hinc Bellum Al-saticum originem suam traxit: cùm videlicet copiæ militares in agris Alsaticis, pro Leopoldo Austriaco adversùs Juliacensium possidentes Principes collectæ, in solentiūs per Episcopatum gra-farentur, & à vicinis Principibus Urbeq; Argentorato, veluti hâc re non leviter offensis, opprimerentur; captis eâ occasione Molshemio, Motfigâ & Dachstenio, oppidis; amissis verò contrà clarißimis aliquot militiae præfectis, è quorum numero maximè fuit, Otto Comes Solmensis, Chiliarcha imperteritus & Aulæ Palatinæ Marescalcus longè dignissimus. Hæc dùm in Alsatia gerebantur, Juliacum à Christiano Anhaltino & Mauritio Nas-sovio, Principibus, mirâ utriusq; fortitudine obsidetur, oppugna-tur inq; fidem & potestatem possidentium Principum recipitur: fusis Leopoldi ad Mosam copiis. In Gallia Henricus IV. Chris-tianissimus Rex, à sicario Monacho interficitur; & Dionysius sepelitur: relicto filio Ludovico Regni successore. ab eo tem-po-re varia per Galliam scripta prodierunt, quibus Jesuitæ Regicidii arguuntur ac proinde exilio atq; excidio digni judicantur. In Bohemiâ miles Passaviensis, pro Archid: Leopoldo à Ramæo

nam adipi-
scitur.

ANNO
CHRISTI
1609.

*Inducia Bel-gica facta &
publicata.*

*Bellum Julia-cense initium
capit.*

Tumultus Co-loneæ Agrip-pina ob Reli-gionem exci-tatur.

* ANNO
CHRISTI

1610.
*Vnio Evange-
licorum Prin-cipum.*

Liga Catholi-corum.

*Alsaticum
Bellum unde
originem ce-
perit.*

*Molshemium,
Motfiga &
Dachstenium
occupantur.
Otto Comes
Solenensis Mi-litia Dux oc-
cumbit.*

*Juliacum oc-
cupatur.*

*Henricus IV.
Galliarum
Rex à sicario
occiditur Pa-
risis.*

Exercitus Pas-saviensis Pra-

ga irruptionio-
nem facit.

Aquis grani
gravis sedatio
ob Religio-
nem moventur.

* A N N O
C H R I S T I
1 6 1 1 .

Bellum Dani-
cum & Sue-
cicum.

Borussia Duc-
atum Brande-
burgici in
Feudum ac-
cipiunt.

RUDOLPHUS
II. Imperator
obit.

Ejus Enco-
mium.

* A N N O
C H R I S T I
1 6 1 2 .

MATTHIAS
Frater Rudo-
phi, Imperator
eligitur.

Motus in
Hungaria &
Transylvan-
ia.

Battoris Ga-
boris crudele
facinus.

Bethleen Ga-
bor Trans-
sylvaniae oc-
cupavit.

Bethleen Prin-
cipatu Trans-
sylvaniae po-
titur & Va-
sallus.

quondam collectus irruptionem facit Pragæ. Urbemq; minorem occupat : attamen præsidio civium munito, iterum exturbatur & in fugam convertitur. Aquis grani tūm temporis perniciosa seditio à plebe contrà Senatum & Jesuitas. Religionis caussâ fabricata, Cæsarî potentia restinguitur Urbe per Hispanum occupatâ & seditionis machinatoribus partim proscriptis , partim verò supplicio affectis.

* Hoc anno inter Daniæ & Sueciæ Reges asperum surrexit prælium : quo Danus superior factus, Calmariam in Suecia occupavit : sed pace demùm factâ Sueco illam restituit. Sub hæc Borussiae Ducatus à Sigismundo Polonorum Rege, Brandenburgicis principibus Warsaviae Fidelitatis sacramentum præstantibus, in Feudum conceditur. Noribergæ conveniebant Electores Principes , de Imperii Salute deq; novo Romanorum Rege creando deliberaturi. Quo rerum statu moritur Pragæ R U D O L P H U S II. Imperator ; ætatis suæ 59. Imperii 36. Princeps verè pius, felix, Inclytus & ingenti rerum omnium peritiâ, aliisq; Naturæ do- tibus, ad miraculum usq;, excellens.

* Successorem reliquit M A T T H I A M fratrem, qui juxtâ tenorem Bullæ Carolinæ, Francofurti ad Mœnum à Septembritis in Romanorum Imperatorem eligitur : ibidemq; in æde D. Bartholomæi, cum Augustâ, solenniter coronatur. Hujus primùm temporibus graves turbæ in Pannoniis moventur ; attrahente cum primis Nagio Andreâ magnas Turcatum & Tartarorum copias contrâ Battorium Gaborem Transsylvaniae Principem ; qui tamen machinationes & hostium furorem tempestivè repressit ; Ipsumq; Nagium sub prætextu amicitiae ad se adductum, multis iictibus crudelissimè interfecit. Quo facto Schoratum Transsylvaniae propugnaculum Turcæ invaserunt ac in Tyrannidis vindictam protinus devastarunt. Cujus odio quoq; Gabriel Bethleen concitatus, maximis Turcatum & Tartaroruin viribus Transsylvania ingreditur, ubi trucidato per insidias Battorio, Principatum adipiscitur & Turcici Imperatoris Vasallus efficitur. Coincidit in hæc tempora memorabilis illa Civium Francofurtensium factio adversus Senatum , in causâ denegationis privilegiorum, excita-

excitata: quæ Cæsar is demum Authoritate anno Christi 1616. ledarur, proscriptis & maestatis perduellionis authoribus.

* Cæsar Comitia Ratisbonæ celebravit, quibus de auxiliis contrâ Turcam tûm in Pannoniis palantem capiendis, déq; cæteris Imperii gravaminibus tollendis; sed frustrâ, consultatum. Eo tempore Wetzlariam Ludovicus Hassus vi cœpit, sibiq; (tamquam hæreditario ejus defensori) obsequentem fecit. Inter Moscovitas & Polonos hâc ætate etiam cruento prælio decernitur, quo utrinq; 48000. cecidisse creduntur: quod forsan maximus ille locustarum numerus, qui circâ Lublinum in Poloniâ priùs conspiciebatur, prænunciaverat.

* Disensio fit inter possidentes Juliacensium principes, ob reformationem Religionis à Brandenburgico hinc inde factam: quâ permotus Wolfgangus Neoburgensis ab Evangelicis ad Pontificios (magno cum Patris luctu!) defecit. Vesalia inferior, Clivias oppidum à Spinola obsidetur & exigui temporis intervallo capitur. quas repentinæ machinationes Mauritius Nassovius animadvertisens, Embriacam, Reesam aliaq; Clivorum loca occupavit præsidiisq; munivit. Nova sub hæc Hollandia, Regio transmare, propè Virginiam sita, à Batavis reperitur. In Gallia periculosi motus à Condæo & plerisq; Regii sanguinis principibus suscitantur, eò quod extranei quidam præsertim verò Ancoranus, ad supremas Regni dignitates everti fuissent: quos Regina Mater tempestivè compescuit.

Recruduit hâc tempestate Bellum Brunsvicense inter Fridericum Ulricum & Brunsvigam civitatem, quæ porrò gravissimam obsidionem diu sustinuit donec à Principibus & statibus Imperii, multis ultrò citroq; laboribus peractis, Pax constituta fuerit Hervorda Monasterii metropolis ab Hollandis occupatur & incompenso nuptiæ ab Hispanis nuper erexitæ, pignoris loco detinetur. Mülhemium à Juliacensibus Principibus recenti opere exstructum, Colonienses complanarunt & funditus evertetunt. * Wormaciâ Judæi à civibus seditionis expelluntur: Cives autem à Friderico Palatino Electore per Senatum Urbis in subsidium vocato, armis cohibentur eorumq; capita proscribuntur.

Memorabilis
facto Fran-
cofurti ad
Mænum.

* ANNO
CHRISTI

1613.

Comitia Ra-
tisbone.

Wetzlaria à
Ludovicu Hasso
capitur.

Bellum Mo-
scoviticum.

Magna Mo-
scovitarum
clades.

Lociusa.

* ANNO
CHRISTI

1614.

Vesalia infe-
rior à Spinola
capitur.

Mauritii Nas-
sövi attenta-
tu in Clivia.

No ea Hollan-
dia derecta.

Gallici tu-
multus

Bellum Bruns-
vicense rei-
teratur.

Mülhemium
destruitur.

Wormatiens-
ses ob judeo-
rum ejectione
multantur.

* ANNO
CHRISTI

1615.

Bellum inter
Sabaudum et
Hispanum in
Italia exori-
tur.

Incendia.

Gallici Tu-
multus.

Principes a
liquot in Gal-
lia multati.

Ancrinus
Marescalcus
cum matre in-
terimitur.

* ANNO
CHRISTI
1616.

Bellum Vene-
torum cū Fer-
dinando Au-
striaco.

* ANNO
CHRISTI
1617.

Principum
unitorum co-
ventus.

Matthias
Ælexy.

Ferdinandus
Bohemus Rex
factus.

Arminiano-
rum in Belgio
turba.

Iubilatus E-
vangelico
rum.

ANNO
CHRISTI
1618.

tur. In Italia acriter pugnarunt Sabaudus & Hispanus, causa Ducatus Mantuani, qui defuncto sine prole Gonzagâ, Mantuanorum Duce, legitimo successore aliquandiù caruerat: quod litigium à Galliarum Rege & Venetis tandem componitur. Plurima hoc anno per Europam incendia flagrarunt, quorum notabile illud est, quod Glogoviam Silesiæ Urbem in cineres redegit. In Galliis iterum tumultuatur Condæus cum consortibus, Principibus Evangelicis, ob geminum Matrimonium inter Regem Hujusq; sororem cum Hispânâ prole contractum, & absq; illorum consensu confirmatum: quod proindè Regno exitiosum fore suspicabantur. Quâ de caussâ Condæus à Rege captivatur: Niverniensis, Vendomius, Maynius & Bullionæus proscribuntur; Ancoranus autem (qui motuum præcipiūs hactenus fomes extitit) infami morte perimitur cum Matre, exustâ Parisiis.

* Oritur interea Venetorum certamen cum Ferdinando Austriaco, super finibus à Barbarorum incursione utrinq; protegendi: quod poste à Neostadii in Austria consopitum fuit. Cæsar cum Turcicis legatis, pacem superiori Anno 1606. factam, novissimè repetiit Pragæ.

* Convenerunt Hailbronnae Principes & status Uniti, de Religionis Libertate contrâ hostes tuendâ acturi; quibus Cæsar misfis literis omnem Unionem, Religionis nomine conflatam, tollendam esse serio suadet; cum annexa promissione sub elevationis gravaminum, in negotio Religionis, propediem futuræ. Rebus ita constitutis MATTHIAS Cæsar, planè ælexy, de successore Regnum cogitare cœpit: itaq; FERDINANDUM Austriacum filium sibi adoptivum fecit, Eiq; Bohemiæ coronam ab Ordinibus obtinuit. Magni sub id in Belgio tumultus ab Arminianis, novæ Confessionis hominibus excitantur; qui tamen expulsis hinc inde sectariis, utcunq; conticuerunt. Jubilæus ab Evangelicis, ob Religionem antè seculum à B. Luthero primùm reformatam & divinitus huc usq; conservatam, mirâ solennitate celebratur.

Hâc ætate, Cæsar, viribus jam exhaustus & æger Pragâ discessit Viennam. Pragæ interim ex parte procerum protestantium

Con-

Conventus instituitur: quem Cæsar, missis quām primū dehortatoriis impedire conatur, sed frustrā. Bohemi enim Sententiae suæ nihilō seciūs inhærentes, Cariam ascendunt & consilia de Religionis libertate, toti Regno afferendā, capiunt: contradicentes & refractarios, Schlavvatam, Smetzanskium & Philippum, Curiae officiales, removent ac de fenestrâ Loci præcipites agunt. Ex quo miserrimus nascitur totius Bohemiarum status. quippe cùm Illi facinus suum plurimis apologeticis ad Cæsarem scriptis, diū frustrā colorassent ac defendissent, arreptis tandem ultimis subsidiis, Rem armis experiri maluerunt, inq; eū finem Turnium, Sclickium & Mansfeldicum, militiæ Capita, conduxerunt. Quibus ingemiscens sacratissimus Cæsar; & cùm ab illis armorum suspensionem ac depositionem, ingeminatis itendidem decretis missisq; internunciis, minimè consequi potuisset, manu tandem in Imperio coactâ, Ipsos adorit, Bucquoio & Tampertio, Ducibus, latè omnia ferro, rapinis & flammis depopulantibus: qui variâ demum fortunâ cum hostibus decertarunt. Principes interea & Status Imperii, de Pace in Bohemiâ conficiendâ, anxiè cogitarunt, habitis hâc de reali quot conventibus, missisq; legatis: FERDINANDUS quoq; Austriacus, tūm in Hungaria Regem coronatus, non minori studio & sollicitudine corruptum Bohemiarum statutum restituere annis fuit. Sub hæc annitempora Cometes inusitatæ magnitudinis in cœlo exarsit: Et Rhæticum oppidū Plürs à monte vicino horribiliter opprimitur, casum præfigiente ni-miâ incolarum licentiâ. Carienses item in Rhætia graviter tumultuanturob Religionis libertatem periclitantem, remoto ejus Loci Episcopo & cæsis aliquot antistitibus. Novum propugnaculum, quod Präful Spirensis Udenhemij extruxerat, Friderici V. Palatini viribus destruitur & solo æquatur. Deniq; hoc anno Dorderacena Synodus in Batavia, à Calvinianis Theologis instituitur, quâ Arminianorum dogma cognitum & reprobatum fuit.

Bohemianondum pacatâ, MATTHIAS Imperator rebus humanis eximitur Viennæ; anno ætatis 62. Imperij 7. Sapien-

Bohemici statu Casari inobedientes.
Eorum enor-mefacinus.

Belli Bohemici calamitas oritur,

Principum et statuum Imperii studium de pace inter Cæsarem & Bohemos facienda.

Cometes.

Horribilis occasus oppida Plürs,

Cariensem Tumultus in Rhætia.

Udenheimense propugnaculum destrutum.

Synodus Dordracena.

ANNO CHRISTI
1619.

Marias Imperator moritur : Ejus
Cirantes.

ANNO
CHRISTI
1619.

FERDINANDUS
II. Imperator.

Ejus inclita
Ceruites.

Ejus Labores
& res gestae
in Bohemis.

Fridericus
Palatinus fit
Rex Bohemiae

* ANNO
CHRISTI
1620.

Victoria Prae-
gensis.

Palatinatus
occupatur.

* ANNO
CHRISTI
1621. 1622.

Maximilia-
nus Bavarus
Elector Impe-
rii factus.

* ANNO
CHRISTI
1624.

Victoria Ca-
saria insignes.

Bethleen Ga-
borius à Cas-
are &c. p. u.

* ANNO
CHRISTI
1623. 1624.

Rhaetici Tu-

tiæ, Magnanimitatis & Constantiæ dignissimam memoriam post se relinquens.

Sufficitur Ei FERDINANDUS II. Ferdinandi I. Nepos : Bohemiæ & Hungariæ Rex : Francofurti in Imperatorem electus & coronatus. Hic Princeps singulari Pietate, Mansuetudine, Authoritate, Prudentia & Felicitate per insignis totus afflito Imperii statu sanando incubuit : atq; initio quidem Bohemos, Ipsi sceptrum & coronam auferentes & FRIDERICO Palatino Septemviro publicè conferentes, in ordinem redigere, suaq; potestati subiçere diu multumq; frustra laboravit: donec tandem ingenti exercitu accersito, atrox prælium cum hostibus ad Pragam committeret, quo Victor existens, Regiam Urbem occupavit, Ämulum Palatinum cum asseclis Principibus Regno proscriptis : motuam vero antesignanos capitali supplicio damnavit. Commissâ dehinc Hispano & Bavarо, in proscriptos, executione, Palatinatum, *(in quo tum famosissima totius Europæ Bibliotheca, Haidelbergæ diripitur) oppugnavit ; Electorali dignitate Fridericum exuit ; Eamq; Bavarо pro meritorum gratia, Ratisbonæ, in comitiis * solenniter tradidit.

Reliquias deniq; hostium per Germaniam hinc inde rebellantium, potentissimorum principum virtute & robore fregit ac dissipavit. Claruerunt enim tum temporis insignes præ aliis victoriæ Wimpensis ad Nicrum & Namuriensis ad Fleursiam, ab Hispano & Bavarо partæ. Post hæc demùm Bethleen Gaborium, Transylvaniæ Principem, Hungariæ Regnum affectantem, in officio continuuit, Posonio aliisq; locis, quæ Ille prius invaserat, recuperatis.

Sub hoc Imperatore etiam Rhætici tumultus repulsi larunt, acri bello inter Hispanum, Gallum, Sabaudum & Helvetios exerto, quod postmodum, restitutâ valle Telinâ, anteab Hispanis occupata & per Pontificem, ut sequestrum retentâ, expiravit. In Italia sub hæc excessit Paulus V. Pontifex Romanus : cui substituit Gregorius XV. quo & ipso post bienniū defuncto, eligitur Urbanus VIII. de Gente Maffiorum, literarum, & in primis Poësos insigniter gnarus : In Galliis intestina bella oriuntur b

+ Bohemia + maximiliano Bavariæ duci
I è vivis

ob Religionis differentiam : unde Bearnensis provincia à Rege occupatur, eāq; Evangelici extermiantur. Rupella verò & alia Urbes, gravi obsidione territantur. Polonia similiter à Turcis tartarisq; hostiliter infestatur ; sed cæsis eorum 40000. denuò Tranquillatur. Nec quietæ fuerant histemporibus Livonia & Borussia; sed à vicinis, Sueciæ & Poloniæ Regibus, exagitatae : unde Dantiscum quoq; plurima incommoda haetenus sustinuit, Sueco illi adversario. * In Belgio non minùs novæ dissensiones ob Juliacense dissidium conflatæ, resutgunt; Breda nimis ab Hispano expugnatur & Berga ad Somam, ab eodem obsidetur: Gochum verò, Ostenda & Grulla ab Hollandis capiuntur. In India quoq; ad maritimæ oras pugnis sese fatigarunt Hispanus & Belgici status. Moritur hæc tempestate Mauritius Nassovius, Batavorum alter veluti Achilles & Patriæ Pater. In Anglicis Halcyoniis vitam depositus Jacobus Brittanniæ Rex, sapientiâ & literis, dum vixit, Orbi notissimus. In Germania insuper Cæsarvarias & gravissimas res agi vidit ; & ipse quoq; peregit. Turbant enim Alsatiæ, Hassiam, Sueviam & Franconiam Ernestus Mansfeldicus & Christianus Brunsvicensis, anti cæfarei , quorum uterq; tandem in Saxoniam inferiori Cæsareæ militiae succubuit. Marchionatus Badensis post longas tandem controversias, in Judicio Imperatoris aulico ventilatas, Eduardi Fortunati heredibus, submoto Georgio Friderico Durlacensi, restituitur. Haud secùs Marpurgum Hassiæ oppidum, hūc usq; inter patruelæ controversum , à Mauritio Casselano ad Ludovicum Darmstadinum transiit. Superiori Austriae Evangelici, Cæsaris edicto proscribuntur. Ibidem Rustici ingentem seditionem moventes miserè cæduntur. Ad hæc inaudita rerū omnium difficultas, exitialis & misera monitarum confusio ubiq; grassatur: Confœderationes & præparationes bellicæ per Europam maximæ fiunt. Ratisbonæ comitia pro Imperii extremè laborantis salute celebrantur. Exteri quoq; Reges & Principes Imperii, his annis , pro Palatino restituendo , pluribus apud Imperatorem & Hispanum, frustrè peragunt. Cæsarei interim ad Visurgim multa gloriösè perficiunt. Principes & Status Saxoniam inferioris , de finibus Patriæ prote-

multas repul-
lularunt.
2. Pontifices
mortuntur.
Urbanus VIII.
Pontifex fa-
ctus.
Gallica bella
intestina.
Evangelico-
rum perse-
quio in
Gallia.
Rupella obse-
detur.
Maximi Tur-
carum stra-
ges in Polonia.
Bellum Poloni-
cum & Sue-
cicum in Lico-
nia & Borus-
sia.
Dantiscum à
Sueco infesta-
tur,
Belgici motus
rendentur.
* A N N O
CHRISTI
1624: 1625.
& 1626.
Urbes & tro-
pugnacula in
Belgiorecep-
pta.
Mauritius
Nassovius o-
bit.
Jacobus Rex
Anglia mori-
tur.
Marchiona-
tus Badensis
Edwards For-
tunati here

* Landgravios

dibus restitu-
tus.

Marpurgum
Ludo&cō Has-
so traditur.
Evangelico
rum perscu-
tio.

Ruficorum
federio.

Annona Ca-
ratis & mo-
netarum con-
fusio.

* ANNO
CHRISTI
1624. 1625.
& 1626.

Dania Rex
deserfor Saxo-
nici circuli
Inferioris.

Tylli & Frid-
landis felices
successus.

Cæsar cū Tur-
ca & Bethlee
napacem san-
cit.

Tarcarum ma-
xima clades.

LEOPOLDUS
Archidux Au-
stria ex Eccle-
siastico filius.

Leopoldus Wil-
helmus Cæsa-
res filius Leo-
poldi parvus
successor.

* ANNO
CHRISTI
1627.

Edicta Imp. Argentina publicata de restitutis bonis Episcopalibus.
* Sub ANNO CHRISTI 1605.

gendis & Cæsariensium incursionibus præcavendis, curas susci-
piunt: arma parando, & Christianum Daniæ Regem, summum
militiæ Ducem creando: * Iis ex adverso opponitur Comes de
Tylli & Albertus Fridlandiæ Dux, qui haecenùs felici contrà Da-
num successu, viætricia Cæsar is arma circumulerunt. Tot igitur
adoreis undiq; in Imperio confectis, FERDINANDUS, cum
Ottomannico Imperatore pacem sanxit Comorrhæ: In Hun-
garia pariter, filio Ferdinando coronam à proceribus nacto, cum
Transsylvaniae Waivoda Bethleen, fœdus firmavit Pesonii. Eo
tempore Persarum Rex 70000. Turcas ad Babyloniam fudit: unde
tragici tumultus Constantinopoli contrà Imperatorem Tur-
cicum exorti fuerunt. Quin & sub id LEOPOLDUS Archi-
dux Austriae, matrimonium contrahens cum Claudia, Principe
Florentina: Episcopatus, Argentinensem & Passaviensem Romæ
solemniter depositus: quoram utriusq; investituram accepit
Leopoldus Wilhelmus, FERDINANDI Imperatoris Filius.
* Ex quo Imperator Argentinæ Edicta promulgavit, de resti-
tuendâ Ecclesiâ Cathedrali & omnibus bonis Episcopalibus, se-
cundum Transactionem Haganoensem superiùs memoratam. *
Cæterum de his dabit æternum Numen, Pastor Israel, quæ ad Ma-
jestatis suæ gloriæ, Augustissimæ Cæsar is honorem; & Con-
scientiæ Christianæ libertatem; quæ deniq; ad com-
munem adflictissimæ Patriæ Salutem ac
Felicitatem expedient.

A M E N.

F I N I S.

Θεῷ δόξα.

ADMO-

ADMONITIO AD HISTORIARUM STUDIO- SOS ADOLESCENTES:

PHILIPPI GLASERI JC.

De recte legenda Historia.



OSTE A QUA M DE PRAESTAN-
tia Studij Historici, suprà dictum est: recitata
quoq; sunt præcipua res gestæ à condito Mundo,
usq; ad nostra hæc ultima & conclamata tempo-
ra: quæ omnia Tyronibus Historiarum loco æ-
deocrias, & universalis enjusdam contemplatio-
nis esse possunt opera precium nunc est, ut ijsdem
progressuris in hoc Studiorum genere ulterius,

manus præbeamus auxiliatrices: & per immensum atq; infinitum rerū
in Historiis cognoscendarum cumulum: perq; innumerabilem propè
Scriptorum Historicorum farraginem, diversitatem, perplexitatemq;
euntes quām fieri potest minima offensa, adoptatum cognitionis finē, qui
est ēmēpū (rерum pulcherrimarum scientia) deducamus. Etenim vide-
mus, non raro, etiam ingeniosos & doctos adolescentes in hoc Studiorum
genere desudare, multoquidē & tempore & sumpius; sed non a qua utili-
tate atq; successu. In causa est, partim falsus literarum amor, quo accensi
nonnunquam adolescentes, primo impetu in literarū Studia irrumpunt:
mox uel ingenii & aetatis inconstancia impediti, vel mole & varietate
rerū legendarū deterriti resilunt: vel etiam ad penetralia admissi, rō
earimantur, neq; sectantur, quæ ad optima & preciosissima, cognoscenda
perducunt: sed quæ infuatis, & incrustatis nonnullis contēplandis, remo-
rantur potius & intricant hujuscemodi spectatorem, quām expediant.
Proinde, ut etiam in hac parte Discentium labores atq; conatus utsung
adjuvemus, pro tenuitate nostra: misis aliis, ad hoc institutum perti-
nentiem, de Duobus saltem pro hoc tempore, Studiosos Historiarum ad-

Necessaria
admonitio.

Duo ejus ca-
pita.

Finit admo-
nitionis.

Aliorum Cl.
Virorum in
hoc genere lu-
cubrationes
eximia.

Consilia &
judicia exqui-
sita.

monebitur: primū, Quinam sint legendi Historici deinceps, quo-
modo legendi sint? Et si verò non sine causa multis videri possumus A-
ctum, quod dicitur, agere, & post Homerū Iliada scribere velle: in ea de-
re extant plurimorū & eruditissimorū hominū justi Commentarii, Me-
thodi, Praeceptiones, Orationes, Tabulae & id genus alia: tamē qui Junio-
res hujusmodi scripta vel propter difficultatē non percipiunt: vel pro-
pter prolixitatē negligunt: vel propter nimiam brevitate contemnū:
iccirco mediā ingressi viam, nostra hac admonitione ea tantū propone-
mus, quae necessaria sunt maximè, et sine ambagibus multis eō perducere
possunt Historiarū Studiosum: ut & Clarorū virorū, in hoc genere scri-
pta intelligere, & ad usum suo tempore transferrē melius valeat. Tantum
enim abest à nobis, ut hac levidensi opella, quicquā detractū velimus la-
boribus summorū virorū, quos in has ipsa re, publica utilitatis causa, ob-
jerūt, ac sustinuerūt: ut potius pro Ducibus et Preceptoribus nostris eos
agnoscamus, laudemus, imitandos, colendosq; perpetuum Studiosis omni-
bus proponamus. Quo in ordine præter veteres Polybium, Diodorū Sicu-
lum, Dionysium Halicarnasseum, Lucianum Samosatensem, &c. colloca-
mus merito Phœnicem illum Germanie Philippum Melanthonem, et ge-
nerum ejus Casparem Peucerum, quorum vitula hactenus à plerisq; ara-
tum est: Johannem quoq; Bodinum: Franciscum Patritium: Johannem
Pontanum: Francisc. Balduinum: Sebastianum Foxium: Joh. Anton.
Viperanum: Francisc. Robortellum: Christophorū Nilcum: Hubertum
Folietam: Simonem Gryneum: Calium Secundum Curionem: Johannē
Sambuccum, Antonium Riccobonum, quorum omnium de Historia ejus-
que Scriptoribus, & recta legendi atq; scribendi ratione, Commentarii,
Nrationes, Institutiones, Commonitiones extant, uberrimae atq; doctissi-
me. Quibus accedūt limata verè ac præclara Davidus Chytræi, Theodori
Zwingeri, Joh. Thoma Freigii, Michaëlis Neandri: Reineri Reiaecci:
Joh. Jacobi Beureri, Justi Lipsii, Friderici Tilemanni, & aliorū recentior-
um (præstantissimorum sancè hominum) judicia atq; consilia super ea-
dē re, publicè edita: tanto omnium legentium bono: ut qui ea negligunt
merito suo perpetuis in tenebris, & plusquam Cimmeris, hac in parte, qui
versentur, digni sint. Horum ergo et similium vestigia, ut sequimur hic,
& exprimimus ipsi: (ingenue enim hoc et grato animo fatidū est) ita et-
iam autores sumus, Studiosis Historiarum adolescentibus ad eandem te-
rendam

rendam semper amorem crebro atque constanter: quod nunquam non fiet cum
jucunditate voluptatis maxima.

Ad primum ergo caput Admonitionis nostra quod attinet: Qui nam
sint legendi Historici? nemo opinor est, qui nesciat: et olim prodidisse mul-
tos Scriptores, nugaces, vaniloquos, indectos, fabulosos, praesertim ex o-
ciosorum Monachorum ordine: et hodieq; seculo nostro scribacissimo, existere
non paucos qui nescio, quibus ludicris, ineptis, frivolis, plane anilibus ac
ridiculis rebus notandis, scribendis, publicandisq;, Historicorum sibi nomine
vendicant, & a cunctis legi, omniumq; aures & manus occupare volunt:
Circulares & Spermologi, indigni charta & atramento quod perdunt,
indigni tempore, re omniū preciosissima, quod sibi & aliis subtrahunt. In
tales igitur qui inuidunt Scriptores, infelices sunt: miseri verò si in illis se
detineri patiantur adolescentes. Dignoscendi autē hi & judicandi sunt,
non ex Titulo, quē plarunt præ se ferunt speciosum: sed ex fine & scopo
quē sibi habent propositū: nugatoriū scilicet fallacē, & corrumpendam
veritatem bonosq; mores directum: quod quivis sana mentis et mediocris
eruditionis atq; ingenii adolescentis, facile per se videre poterit paucis
pagellis locisq; in iis perfectis. Prater hosce frivolos, ineptos ac Pseud-
Historicos: sunt inter celebres etiā Scriptores Historiarū quidam, nō yv-
rioi et genuini. aut iſ qui nominātur vulgo habenturq;: sed iποCoλιμaoi,
supposititi & adulterini: quos discernere à verū non cuiusvū quidē est:
utentur tamen in his quoq; Doctiorum ac peritorum judicio, maximè
verò Praeceptorum suorum Testimonio adolescentes Studiosi ne plus talib-
us tribuant fidei vel autoritatis, quam meretur. Quo in genere sunt Be-
roſi Chaldei, Manethonis Aegypti, & Sybillinorum oraculorum Libri,
qui hodie circumferuntur, sīs dīgī mātōw discrepates, à vero Beroſo, Ma-
nehone & Sybillinis Libris, quos veneranda et indubia vetustatis auto-
ritas nobis commendavit. Inserviet autem huic rei altius indaganda nō
parum opinor etiam apud adultiores in hoc Studiorū genere, aurea illa
D. Augustini sententia, quæ extat lib. 32. contra Faustum Manich. cap. 6,
ubi inquit: In secularibus literis certissimi fuerunt Autores sub
quorum nominibus postea multa prolata sunt, quæ idē repudia-
ta sunt: quia vel his, quæ ipsorum esse constaret, minimè congrue-
runt: vel eo tempore, quo illi scripserunt nequaquam innotescer-
re: & per ipsos vel familiarissimos eorum in posteris prodi com-

Primum ca-
pus Qui legen-
dis Historici.

Eugeniadi
Frivoli.

Suspecti.

men-

Norma di-
gnoscende ve-
ros Scriptores
à Falsis.

vsus ejus.

mendârique meruerunt. Quibus verbis innuit Sanctissimus gravissimusq; Autor: tria nobis in discernendis aliorum Scriptis signa nota, que semper debere propositas esse, ceu ægituria & Regulas certissimas: Prima, ut Opus seu scriptū de quo queritur, amice congruat et conspiret, cū alio cetero & indabitato iusdem Autoris opere. Altera, ut ipso autore adhuc vivo innotuerit ac volitarit per ora doctorū virorū. Tertia, ut post Authoris obitū, ab eius familiarissimo quodā proditū sit & posteritati commendatum. His ergo tribus notis si insignitum est, sibique constat Scriptum aliquod: dubium non est, quin genuinum sit, & illius autorus, cuius nomine se jactat: veluti sunt Clasici Scriptores omnes, tot retro seculo-rū constanti judicio famaq; nobis reliqui & traditi. Sin vero tribus hisce signis vel omnibus vel aliquibus careat Scriptū aliquod: quocung; tandem auctore, se venditer, pros suspecto et suppositio merito habendū erit. Esi vero & haec Regulae suas habeant Exceptiones: dū non semper Scriptores, quamvis optimi, eandem æquorū & æquabilitatē obseruent in Stylo ac orationis genere: itemq; in Methodo & tractatione earum rerū de quibus scribunt: nec etiam etas Scriptorum & operū certa promulgatio ex Historiis semper haberipossit: nec deniq; rāv συγχέων καὶ οἰκεῖων, Fa-miliarium ac coetaneorū in promptu sint ubiq; testimonia tamen quia in omnibus omnium seculorum probatis Scriptoribus, signa hoc ēs ēm̄tō πολλού concurrunt, eosq; propterea nobis certos & commendatos efficerūt: dubium non est: quin etiam in suspectis tuto adhiberi possint. Raro siquidem, imò rarissimè contingit auctorem ita planè à se invicem dispareare, vel in ipsis earū tractatione: vel in filo orationis, omnemq; sui simili-tudinem adeò amittere, ut non amplius agnosci queat: tanquam ex ungue Leo: neque ita omnis omnium in Historiis Scriptorum occultata vel obscurata est memoria: ut non ex aliquibus saltem erui queat circumstan-tiis, tempus illud, quo vixerit is, sub cuius nomine scriptum aliquod nobis obtruditur: nec denique quos vel Studiorum socios, vel pari etate viros claros habuerit, indagare aut scire liceat. Id quod exemplis plurimis, tā in sacris, quām in profanis auctoriis posset ostendi: nisi Tyronum, quibus hac scribimus, & nostri instituti habenda esset ratio. Sed dū ostendere volimus, quinam præter hos vel ineptos planè, vel falsos atq; spurios, porrū, Historicile legendi sint Studiosis Adolescentib; et quis in iis delectus sit ha-bendus? non id agimus, ut vel nostrum de Historicis aperiamus judiciū,

qua-

quales illi esse debeant: ut lectione digni sint: vel ut aliis liberam quos-
vis legendi voluntatem & arbitrium eripiamus: qui enim hoc possemus
nos: verum hoc tantum nobis propositum est: leviter indicatis Historico-
rum generibus, ex omni numero eos tantum excerpere & Studiosis adole-
scentibus proponere: in quibus legendis, tempus & labore tutiū paulo,
collocare queant. Quotquot igitur omni tempore scripserunt Histo-
rias, hi meliorum ac peritiorū judicio: scripserunt vel quantum vo-
luerunt dediti affectibus suis: vel scripserunt, quantum potuerunt
pro viribus suis: vel deniq; scripserunt, nec quantum voluerunt, nec
quantum potuerunt, sed quantū debuerunt pro officio suo. Prima
Clasē Scriptores bene multi sunt, qui dediti affectibus, Partim arroganter
et ambitiosè de se suaq; gente multa memoria prodūt: quo nomine infames
propè sunt Narrationes, de Ægyptiorum, Arcadum, Scytharum, Phrygum,
& Belgarum quorundā antiquitate apud Scriptores, alias non ignobiles:
qui suos populos omnium hominū totiusq; orbis etate priores, Astris Lunaq;
vetustiores, imò planè autē x̄davas & γν̄γεν̄is cum suā terra natos, finxe-
runt: Partim qui odio & vindicta abrepti, veritatem invidiosè suppri-
munt: virtutes hostium & præclarā facinora, quacunque ratione elevan-
tes: vitia vero & defectus eorum operosè perstringentes: quo morbo cùm
veteres tūm recentiores nonnulli Scriptores etiā magni laborant: Partim
qui contraria Religionis astu zeloque inflammati, multa silentio invol-
vunt, multa depravant, multa affingunt, quæ impotentiam pariter impu-
dentiamque ipsorum redarguunt, à quo vitio ne quidem Ecclesiastici Scri-
ptores, cùm superiorum temporum, tūm nostri in primis seculi sibi tempe-
rare queunt: Partim denique qui metu pœna vera dissimulant: aut spe
præriorum prava extollunt, non paucæ etiam nova excogitant, variæ ob-
causæ: cuiusmodi Scriptores Aula, ac Tyrannorum Imperia, omnibus
temporibus passim produxerunt, & adhuc producunt plurimos. In Se-
cunda classe reperiuntur Historici illi, qui non quidem quantum volue-
runt, pro affectibus suis: sed quantum pro viribus potuerunt, scripserunt,
scribuntque. Et hi quidem prioribus præferendi sunt hoc nomine: sed non
rarò destituuntur illis adminiculis quibus nititur veritas, & legentium
promovet utilitas: ut sunt Notitia Rerum publicarum & locorum: Lin-
guarum peritia. Consuetudo & familiaritas cum magnatibus & eorum in-
timis: Judicium acre, liberum atque moderatum, & id genus alia. Ex quo

Cuiusmodi de
lectus Histor.
hic intelliga-
tur.

Historici le-
gendī quo ge-
nerum.

Primi generis
seu Clasē
Historici.

Affectibus de-
ditū.

Secundi gene-
ris se Clasē,
Scribentes pro
viribus.

sit: ut tales Scriptores sèpiùs impingent ipsi, & alios secum errare faciant: quales Historici plerunque in Collegiis literatorum, in Scholis, domi deniq; ac intrà privatos parietes nati sunt, nascunturq; quotidie: numero multi, & cuivis obuii, qui finem, quoniam habent sibi propositum, bonum & laudabilem: in ceteris danda est eis venia: siquidem præsidia hujuscmodi Historica, adjumenta ornamentaque, non cuivis adsunt à Natura: aut aliunde à Fortuna semper contingunt.

Tertiis Ordinis
sive Clasis,
Historicis Bonis
in rari.

Res eorum.

stylus.

Methodus.

Veritas.

Iudicium.

Mediocritas
Scriptorum
tolerabilis.

Tertia demum Clasis, eorum est Historicorum: qui nec quantum voluerunt, nec quantum potuerunt scripserunt: scribuntq; sed quantum debuerunt, à ratione veritatis, quam aliarum legum Historicarum: cuiusmodi sunt illi, qui & res vere Historicas, h. e. magnas, utiles necessarias scitu memoriaque dignas tradiderunt: non minutas, frivolas, nugatorias, quæ nec ignorantibus afferunt detrimentum, nec scientiem juvant: quales luxuriantes & excedentes ratione iugularis & genitrix, ridet Lucianus, & rectè lib. de scribenda Historia: & qui scripserunt, scribuntque Stylo Historico: non Barbaro, peregrino affectato, fuscoque nimium: sed quem pura & illustris brevitas, cù aquabili ac leni Orationis tractu legentibus commendet, quemq; probat Tullius in Bruto & 2. de Orat. & deniq; qui scribunt ordine ac Methodo bona: in Universalibus quidem rebus atq; Historiis Temporum eorumq; successuum ratione habita: ne priora posteriori loco ponantur: aut vici sim: vel utrags; inter se commisceantur: in Particularibus autem primùm occasiones ac consilia rerum gestarum deinde acta: postea eventus Historiae mandant atq; commemorant, in his omnibus autem qui VERITATEM, cœu unicum laboris sui Scopum sib propositum habent, qua deficiente, nulla est Historia: & ob id, qui suum nonnunquam interponunt Judicium: ut discriminem lumenq; rebus narratis adhibeant, & non delectent solum, sed & prosint Lectori. At queritur hic, Ante tales quoq; Scriptores sit reperire? fortassis si perfectione spectes, non erunt: Quotus enim quisq; est, in quo non aliqua deprehendatur labecula: sed si mediocritate sis contentus: erunt adhuc Dei beneficio, non pauci tamen universalem quam particularem nobis Historiam qui reliquerunt in Sacris pariter atq; Profanis rebus: quibus hic recensendis ideo super sedemus: propterea quod sub finem hujus commentationis, de singulis Historicis veteribus ac recentioribus singulari in Synopsi atque Catalogo acturi sumus distinctius & copiosius. Interim tamen Historiarum Tyronibus commendamus præter Sacra Biblia;

Biblia, & Historiam utriusque Testamen*tis*: variarum quoque, rerum Scriptores Gracos & Latinos, cum primis Chronicis, Epitomis, Isagogas si-
ve Compendia, quae omnem à condito Mundo Historiam in Ecclesia & Po-
litia bono ordine, & perspicuo orationis genere, cum accurata temporum
notatione, & libero syncerogue de rebus judicio, scriptam praestant. Cujus-
modi inter alia compluria: sunt Philippi Melanthonis, Davidis Chytrai,
Michaëlis Neandri, Matthæi Dresseri, cum aliis eruditissimorum virorum
Chronologicus atque Geographicis lucubrationibus: in quibus Lutheri, Func-
cii, Bibliandri, Scaligeri, Bucholzeri, Crentz hemii, Büntingi, Lucidi,
Candidi, Onuphrii, Baronii, Beroaldi, Mercatorii, Ortelii, Berpii, Ph. Ni-
colai, El. Reusneri, & similius paucim preclaræ opera, laboresque, immensi
hucusque extiterunt, grato animo à posteritate celebrandi.

Sed nunc de altero instituti nostri Capite, breviter ad Studiosos adoles-
centes dicendum. Non enim satis est sire: Legendos esse Historicos & hos
vel illos præcipuè legendos: sed sciendum etiam, Quomodo sint legendi? ut
aliquis inde ad Lectorem fructus redundet. In hoc autem valent præcipuè
haec Duo: Ordo & Judicium.

Ordinem, ut in omnibus aliis artibus & disciplinis: ita etiam in Histo-
rica facultate rectè percipienda, utilem esse ac necessarium, nemo sanus
dubitat. Ordine enim nihil omnium rerum pulchrius nihil utilius, testibus
Herodoto & Xenophonte. Convenit autem inter omnes probates Autores:
Tyroni Historiarum ab Universalibus Historicis initium faciendum, & ab
his ad Speciales progrediendum esse: non secus atque in alias scientiarum
curriculo initium discendi sit à generalioribus seu communioribus, & pro-
gressio fit ad specialia sive particularia. Igitur initio Tabulam universale
sibi conficiat aut eligat ex jam factis Historiarum Studiosus: in qua mun-
di originem, ejusdem corruptionem per Diluvia: illustrium Regnorum ac
Populorū initia: Religionis propagationem cum præcipuis temporū, ac re-
rum gestarū momentis, ante oculos semper sibi habeat proposita, eaque men-
ti & memoria ita infigat, ut de his sibi ipsi & aliis, quoties opus vel usus est,
rationem reddere valeat. Deinde ad uberiorem & accuratiorem earundē
rerum cognitionem progrediatur: & quis status earum fuerit, à quibus,
& quando plaraque gesta sint? inquirat & annotet: qua in re Tabulae
Chronologicae Bucholzeri, Funcii, Pantal. Candidi, Crentz hemii, mul-
tum Studiosis prodeesse poterunt. Ab his accedat ad copiosiorem aliquam

Et si: scilicet
Tyronibus co-
pendiosiores
Scriptores.

Alterum Ad-
monitionis
caput.
Quomodo le-
gendi sint Hi-
stories.

Ordine bono
& cum jude-
cio.

Ordo præ-
ribus His-
toriarum

Tabula uni-
versales.
Tabula Chro-
nologica.

& pleniorē universalem Historiam, tām Ecclesie, quām Politiae, per Or-
 bem terrarum, in praeципuis gentibus, Monarchis ac regnis: & quæ cujus-
 que initia, progressus, mutationes, ac fines: quæ rerum gestarum occasio-
 nes, successus atq; exitus: quomodo & quo fine, à quibus ac qualibus pleraq;
 in Mundo administrata plenius consideret: qualem Historiam inter alios
 posterit, atc commendarunt, Ph. Melanthon, Da. Chytraeus Matth. Dres-
 serus, El. Reusuerus, & alii: quorum lucubrations in hoc genere Studioſis ab-
 undē satisfaere possunt. Deinceps descendendum est, ad singulorum
 Populorum, Imperiorum, Regnorum, Dynastiarum ac Rerum publicarum,
 eorumq; Gubernatorum ac Principum Historiam monumentaque: & ut
 quæque ex illis cōperint, creverint, substiterint, vel etiam mutatae interie-
 rint, & atq; regisatq; Locorum, Personarum aliarumq; circumstantiarum.
 tām in dictis quām in factis specialiter, ac particulatum considerandū est:
 accurata temporum observatione adhibita: quibus scilicet singula in Mun-
 dos sibi invicem successerint. ut semper priora quæ sunt tēpore, priori quoq;
 loco legendō cognoscantur. Exempli gratia, Qui ex superioribus genera-
 tīm cognovit res duplicitis Mundi: tām ejus qui ante Diluvium, quām qui
 pōst Diluvium fuit: ut pote Originē Mundi ac generis humani. Institutionē
 Conjugii & dominii Lapsus primorum Parentum Promissionem de semine
 mulieris: Parricidium Caini in fratrem Abelem: Inventionem artium, Se-
 riem annorum usque ad Diluvium & Annum Mundi 1656. in quo Per-
 ditio universalis totius generis humani fuit: solo Noah cum suis in Arcā
 conservatis: Inde Turris Babylonicae adificationem: Gentium & lingua-
 rum Divisionem, Monarchiæ prima constitutionem, & translationem, ab
 Assyriis & Chaldaeis ad Medos, ac Persas ab his ad Græcos & Macedonas:
 inde ad Romanos circiter annum Mundi 3970. in quem Natalem Christi
 incidere accuratiōes affirmant Chronologi. Posthac quomodo Romanorū
 Imperium à Iulio Cæsare usq; ad Constantiū Magnum fuerit propaga-
 tum: partim in Oriente Constantinopoli, usq; ad annum Christi 1453.
 partim in Occidente per Carolū Magnum primum Francorum Regem,
 ejusq; posteris per Saxonas, Suevos, Austriacos, usque ad præsentem an-
 num Christi 1601. in quo hac scribimus: Et qui in his omnibus εξιδογα
 & præcipua quæque notavit atq; observavit: Is recte postmodum ac bono
 ordine particulariter inquiret, in singulorum populorum Imperiorū, Ma-
 gistratum, atque etiam hominum Illustriorum, statum, conditionem,

Historia uni-
versalis.

Historia par-
ticularis.

Exemplum.

res: e-

res gestas, fortunam, exitus & similia: adhibita rursus accurata circumstantiarum ratione, ac in primis justa Chronologia, ut de temporum, ac Scriptorum serie ac successione ipsi constet. Velut in prima Monarchia præter generalia superius commemorata, inquiret porrò Studiosus particulariter etiam in Statum primorum Patrum, Hebraeorum. Deinde Chaldaeorum, Assyriorum, Ægyptiorum, Phœnicum, Medorum, Scytharum, Italorum, Gallorum, Germanorum, Hispanorum, Sicyoniorum, Argivorum, Atheniensium, Trojanorum, Latinorum, & cæterorum Populorum, Regum, Principum, initia atq[ue] progressus, quorum fit mentio in prima Monarchia: nempe à Nimrodo filio Chus filii Cham, qui fuit filius Noah, usq[ue] ad Cyrus Persarum Regem primum: in quem Monarchiam Deus translulit, Anno Mundi 3435. Sic considerabit penitus in his ipsis & sigillatim, verbi gratia Nimrodum nepotem Cham, & ejus res gestas: Ninum & ejus immane exercitum cōtra Zoroastrem, in quo duxisse fertur 1700000. pedites, & equites 200000. Semiramidem Heroinam ac bellatrixem sœminam, quæ Eunuchiūm excogitavit, Idem faciet postea particulatim in aliis Hebreis, Ægyptiis, Græcis, Latinis & cæteris, qui quære in tempora Prima hujus Monarchie inciderunt. Eodem modo in secunda Monarchia diligentius ponderabit res Medorum & Persarum, quiq[ue] cum his concurrerunt Israëlitarum, Romanorum, Græcorum, Atheniensium maximè & Lacedæmoniorum, itemque Macedonum, qui etiam duce Alexandro Magno, consequiti Imperium summum, à Persis illud sibi vindicarunt, Anno Mundi 3642. In quo itidem perpendet accuratius res stupendas Alexandri M. & Successorum ejus per totam Asiam: Itemq[ue] populi Romani, & cæterorum qui sub hac Monarchia floruerunt, populorum, usq[ue] ad Annum Mundi 3970. in quo Romanorum Monarchia à Julio Cesare cæpta, ab Octavo Augusto confirmata, & post per Orientem ac Occidentem circumlata fuit fuit, rebus in magna varietate Dominorum, Gentium ac populorum, multaq[ue] difficultate gestis: donec Monarchia hac ultima in Germania sola conquievit: ubi sanè infinitatam in Ecclesia, quam in Politia particulatim cognoscenda lustrandaq[ue], usque in præsentem annum à nato Christo Servatore 1601. obvenient ei, qui hujuscemodi Methodicam & accuratam Historiarum cognitionem in se suscepit.

Quemadmodum autem Studiosus harum rerum Ordinem ac Methodum in iis persequendis percipiendisque sedulò observare debes: nec com-

Synchronismi
I. Monarch.

Antenatus
Christum.

Synchronis.
II. Monarch.

Synchronis.
III. Monarch.

Synchronis.
IV. Monarch.
Post natum
Christi.

Ordo Scripto-
rum ipsorum et
in iis electuus.

Historiae pri
mi Sacr. lit.

Monarchia I.

Monarch. II.

Monarch. III.

Monarch. IV.

mittere, ut ullo pacto à tramite recto dimoveatur: ita etiam in Scriptoribus ipsis legendis ac cognoscendis eundem ordinem, cum quodam delectu retinere debet: ne remoram fortè sentiat, & in Labyrinthos inextricabiles incidat. Est autem Ordo & delectus Scriptorum Historicorum, ut indicant peritiores in hac facultate, fermè talis. Primus omnium Moses ut antiquissimus Scriptor & certissimus cognoscendas est: dehinc liber Josua: Libri Judicum, Regum, Esdræ, cum aliis locis sacrarum literarum, & fragmentis Ctesiae, Agatharcidis, Memnonis, Erosi, Metaстhenis, Monethonis, totaque Historia Josephi, Hegesippi, Appiani, Procopii, qui omnes Historiam primi Mundi & populi Dei, Hebræorum, Judaorum, Assyriorum, Babyloniorum, Chaldaeorum, Medorum, Ægyptiorum, Phœnicum, & ex parte Persarum aliarumque gentium res gestas describunt, ad usq; Monarchiam Persicam, & seriem annorum 3435. nobis exhibent. Hinc è vestigio sequitur Herodotus, qui Persicæ Monarchia initia & progressus usque ad Imperium Xerxis tradit: ut & Lydorum, Medorum, Ægyptiorum, gentisque Judaicæ: Gracia quoque, Atticæ, Laconicæ, ac Corinthiacæ Historiam persequitur. Hunc propter Græcorum Historiam excipit Thucydides, qui à Xerxis ex Gracia discessu (ubi desistit Herodotus) annorum 76. Historiam complectitur, & Illustrium Civitatum Gracia res gestas explicat. Thucydidis Historiam continuat Xenophon, qui à fine Thucydidis exorsus, Historiam annorum 44. & bella inter Gracia Civitates gesta, usque ad Prælium Epaminondæ ad Mantineam, & annum Mundi 3600. contextuit. Xenophontis Historiam sequuntur immediate libri 2. Georgii Gemistii, & Diodori Siculi lib. 16. ubi Philippi Macedonis & Alexandri Magni) qui Anno Mundi 3642. Monarchiam in Gracia constituit) ejusque Successorum res gestas descripsit, usque ad annum Mundi 3664. qui annus in 10. librum Livii, & in annum urbis Romæ Conditæ 452. incidit.

Ergo post Diodorum ritè nobis transitus est à Græcis ad Romanos, & evolvendus Livius, Romanæ Historiæ Princeps, qui continuam 746. annorum Historiam, usque ad annum quartum, antè natum Christum nobis præstat, quatuor decim Decadibus seu libris 140. qui et si non integri ad nos pervenerint: tamen ex argumentis reliquorum librorum, & Epitome Flori damnum illud ingens in Historia utcunque potest sarciri. Livium proximè sequitur Cornelius Tacitus, qui Romanam Historiam ab Augusto in quo,

in quo desierat Livius, usque ad Nervam libris 16, (qui restant de 21.) prudenter ac felicissime deduxit. Tacitum subsequitur Ammian. Marcellinus qui à Nerva cœpit & in Valente desit libris 18. qui de 31. supersunt. Cetera quæ restant in Romana Historia, supplent Suetonius, Eutropius, Dionysius Halicarnassus, Vellejus Paterculus, Cassius, Spartianus, Capitolinus, Vopiscus, Herodianus, Lampridius, Egnatius, Prosper, Aquitanicus, Procopius, Æneas Sylvius, Blondus, Guicciardinus, Pontanus, Galeacius, Bembus & similes: quibus adjungendi sunt & alii, qui vel Livio Tacitoque & sequentibus priores fuerunt, vel Synchroni, vel etiam posteriores, & quorum in Catalogo Historicorum infra sub titulo Romanorū atque Italicorum Scriptorum fiet mentio. Iam neque reliquis populis sui defuerunt Scriptores atque Historici, in quibus etiam ordo atque delectus ille habendus: ut semper priores ac universales primo loco legantur: particulares secundò: probatores, nobilioresq; obscurioribus ac vilioribus præferantur. Ac primò quidem Populorum atque Illustrium Rerum pub. Scriptores communes, cognoscendi videntur: deinde, si qui habentur singulorum proprii: tūm etiam excellentium virorum, qui vel Imperio, vel generis splendore, vel opibus, vel denique virtutum, ingenii ac doctrinarum laude claruerunt. Nam nulli horum sunt, qui non suos eosque præclaros Scriptores invenerint. Sic etenim Germani laudant C. Cæsarem, Tacitū, Rhenanum, Wimpelingum, Irenicum, Hugovaldum, Aventinum, Nauclerum, Munsterum, Vrspergensem, Schaffnaburgensem & similles. His qui juncti sunt Populi, Austrii, Boii, Suevi, Lazium & Bartolinum: Hungari, Turotium, Soiterum, Bonfinium: Poloni, Cromerum, Callimachum: Sclavi, Helmboldum Presbyterum: Dani & Sueci, Franci, Vandali Burgundiones, præter Chronicum suum, Crantzium, Ol'aum M. Saxonem Grammat. Procopium, Agathiam. Iornandem, Sidonium, Aretinum, &c. Longobardi, Paulum Diaconum: Saxones, Albertum Crantzium, Wittikindum, Chytraum. Borussi, Stellam: Battavi, Noviomagum: Helvetii, Stumpfium: Sic Celtæ & Galli ac Franci, ceteriq; populi, qui Rheno, Pyrenæis Alpibus, & utroque mari cinguntur, jactant Jul. Cæsarem: Hunibaldum, Æmylium, Guagninum, Æmundum, Scissellum, Mejerum, paradinum, Frossardum, Cominæum & similes. Brianni & Scotti, commendant Polydorum, Bedam, Boëtium. Hispani, Aragonii, Lusitani, Tarapham, Mariam Siculum, Verardum, Goësum.

Scriptores Va-
riorum Popu-
lorum.

R e g n i pub.
Clarorum
virorum.

Arabes & Saraceni : Leonem Afram, Hermannum Dalmatum. Quin & Tartari, & Moschovitæ & Æthiopes, & Turcæ & Indi suos invenerunt Scriptores, Haytonem, Michæum, Jovium, Alvaresium, Postellum, Chalcondilem, Cadamustum, Columbum, Vesputium, Patritium & similes. Sic Venetorum Rempublicam descripsérunt Sabellicus, Contarenus, Bembus : Florentinorum, Machiavellus : Siculorum & Neapolitanorum, Ritius, Falcatus, & alii alias. Claros deniq; viros in omni genere celebrarunt ex veteribus Plutarchus, Suetonius, Dion, Spartanus, Herodianus, Vopiscus, Curtius, Laërtius, Philo : & ex recentioribus, Eginhardus, Cuspiianus, Valla, Egnatius, Latina, Bocatius, Volaterranus & similes : ex quibus cuivis primum est eligere, quem velit, & quem utilem sibi fore judicabit. Sed hæc omnia in Catalogo Scitorum Historicorum, quem Commentationi huic nostræ subiiciemus, Studiosus lector videbit melius, & intelliget rectius : ideoq; in hoc membro, secundi capituli Admonitionis institutæ, non erimus prolixiores.

Catalogus His-
toriorum.

Judicium.

Adminicula
Iudicij..

Ingenium.

Eruditio.

Dicendum ergo jam nonnihil etiam de altero membro, nempe de Judicio, quod adhibere debet Historiarum Studiosus, ne in tanta Scriptorum copia, varietate, & quandoque etiam pravitate, se ipsum fallat, & tempus cum opera (quod ajunt) oleoq; perdat : sed ut laboris sui, & sumptuum fructum quoq; aliquem reportet. Ad hoc autem consequendum requiruntur adminicula, non pauca, neque exigua : ut sunt Ingenium bonum, memoria excellens, literarum & linguarum peritia : Philosophia & Ethica ac Politia & Chronologia cognitio : ante omnia autem Geographia sive Topographia, & Chronologia cognitio : deniq; Locis communes seu cellulæ quedam, in quas seponantur ea, quæ accurata & diligent lectione indagata, haustra atq; percepta sunt : ne deficiente memoria, & librorum supellectile (ut quandoque contingit) omni lectionis nostræ fructu tam in scribendo, quam in loquendo, quam etiam in aliis vita necessitatibus destituatur, & vacui tandem inanesque deprehendamur..

Quod ad prima Naturæ adjumenta attinet, ingenii, memoria atque iudicii, itemque altera illa doctrina & eruditionis, linguarū ac Philosophia adminicula, quibus Historiarum Studiosus instructus haud magno labore inter legendum videre potest, quæ vera, quæ falsa, quæ probabilia, quæ utilia, quæ necessaria dicantur ab Historico, quem legendū suscepit: quæ vero secūs se habeant: de his alio loco fortè nobis agendum erit: & sunt illa communia,

munia, Historico, cum aliis facultatibus atque scientiis, quibus cognoscendi operam damus, atque etiam extra omnem controversiam posita: insuper saepius praescripta, repetita & inculcata à magnis & claris viris omniū et atum, qui futurum Historicum informiarunt: itaq; consulto isthac nunc prætermittimus. De Geographia autem & Chronologia subsidiis, quae sunt veluti dexter & sinister Oculus in Historia: & de Locis Communibus, quae manibus quasi excipiunt atque in usu nostros reponunt, quæ lecta cognitæ sunt, aliquid pro instituti ratione, breviter subfingemus.

Quoad Geographiam attinet, cognoscenda illa est Studio Historiarum ex vetustis partim autoribus, quales sunt Ptolomæus, Strabo, Plinius, Solinus, Mela, Dionysius &c. partim recentioribus, ut Glareano, Munstero, Appiano, Honteno, Ortelio, Mercatore, Bertio, & si qui sunt hisce similes. Breviter autem his vulgo dividitur totus orbis in duplex Hæmisphærium, Superum & Inferum, cuius respectu Orbis aliud Vetus, aliud Novus dicitur. Partes veteris Orbis sunt tres, Europa, Affrica, Asia. Europæ Regiones sunt: Hispania, Gallia, Germania, Italia, Sarmatia, Taurica Chersonesus, Macedonia. Epeirus, Achaia, Peloponesus, cum Insulis Hibernia, Britannia, Orcadibus, Thule, Gadibus, Balearibus, Corsica, Sardinia, Sicilia, Corcyra, Ithaca, Cephallenia, Zacyntho, Echinadibus, Eubœa, Creta, Strophadibus, Cythera, Salamine, Ægina. Affricæ Regiones sunt, Mauritania, Numidia, Cyrene, Marmarica, Libya, Ægyptus, Thebaïs, Æthiopia. Asie Regiones sunt, Pontus, Bithynia, Asia, Lycia, Galatia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia, Cilicia, Sarmatia, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Babylon, Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania, Arabia felix, Hyrcania, Margiana, Bactrina, Sogdiana, Sacæ, Scythia, Serica, Aria, Paropanisus, Drangiana, Arachosia, Gedrosia India. Sinarum regio, Taprobane Insula opposita India. Novus Orbis forte sic dictus est: non quod antè non fuerit, sed quod multis sculis ignotus, postremo hoc tempore iterum detectus sit. Nam Anno Christi 1492. Christophorus Columbus, auspiciis Ferdinandi & Isabellæ Reg. Hisp. à Gadibus ad Occidentem versus iter aperuit, & invenit Cubam & Hispaniolam. Anno Christi 1497. Americus Vesputius à Gadibus soluit, & Novum Orbem peragavit, quem de suo nomine Americam dixit, cuius latitudo 525: longitudo vero 750. millaria Germanica: complectitur. Rursus Anno Christi 1502.

*Geographia
cognitio.*

*Brevis ejus-
dem delineati-
o.*

Idem Americus Vesputius, Portus & Insulas præcipuas in Africa & India occupavit: reges multos vestigales fecit, & ad extremum Orientem progressus Calecuti portus attigit, iterque novum ad Indias navigantibus patet fecit. Anno Christi 1520. Ferdinandus Magellanus, auctoritate Caroli V. Imper. navigationem novam per fretum Meridionale ex America, in reliquum totum terrarum orbem invenit. Hisce socios se in hac re præbuerunt Cortesius, qui novam Hispaniam & Mexicanum regnum detexit: Valboea; qui mare Australe, vulgo Delzur aperuit, Pizarrus, qui Peruanum Regnum adjunxit: Pontius qui Floridam: Franciscus Fernandes, qui Iucatanam indicavit, & alii qui alias Insulas, & Regiones manifestarunt. Ita, ut nunc Majores quoque Orbis Novi partes sint India Occidentalis, cum quaqua versus adjacentibus multis ac magnis Insulis & regnis: Magellanica India, versus Austrum, sed nondum satis explorata. India Orientalis nova, cum multis Insulis regnoque Cathay: & India Septentrionalis, cum suis Regnis atque Insulis: de quibus omnibus ut & de veteris Orbis partibus, regionibus, fluminibus, &c. agemus paulò specialius ac fusiùs, infra in Geographica Epitome, quam reliquis Indicibus Historicis præmittemus.

Chronologia.

Quod ad Chronologiam, quæ ceu dexter est Historiarum oculus, & sine qua inamena, atque infrugifera omnis est Historia, diligenter ea quoq; Studio Historiarum cognoscenda est, & in omni lectione adhibenda sedulo: nec est, quod quisquam absterreatur difficultate ejus, quæ ex Chronologorum ἀσύρδῳ πολέμῳ, & perpetua ac irreconciliabili discrepantia oritur, His enim omnibus opponet Studiosus necessitatem hujus scientia, & utilitatem: utramque sane maximam: accerset quoque sibi in auxilium multorum summorum virorum in hoc genere labores Herculeos, sempiterna liude, præmisque dignissimos: cuiusmodi inter vetustiores (prater Sacrarum literarum loca & patres Ecclesie priores) sunt Eusebii, Nicephori, Bedæ, Alphonsi Regis-Mirandulani: & inter recentiores, Gassari, Phrygionis Lutheri, Melanchtonis, Bibliandri, Lucidi, Reinholdi, Camerarii, Funccii, Chytrei, Crusii, Beutheri, Panuinii, Beroaldi, Genebrardi, Mercatorii, Pantal. Candidi, Creutzhemii, Bucholtzeri, Buntingi, Scaligeri, Christmanni, El. Reusneri, & similiūm Chronologicæ commentationes, publicè hactenus editæ, qui omnes summa fide ac dexteritate (posteriorē maximè) difficultates illas partim indicarunt, partim mitigarūt: partim et-

Difficultas ejus.
Ratio difficultatis superanda.

Adjumenta
Clariss. Chronologorum.

tim etiam sustulerunt : ad quos brevitatis causa Historiarum Studiosum in hac parte remittimus : ut etiam ad Methodum Johannis Bodini, & Discursum Friderici Tilemanni & similium, qui de hac re, ut aliis multis ad omnem Historiam pertinentibus differuerunt eleganter, eruditè ac copiòsè. Sufficiat autem Tyroni Historiarum novisse præcipuos annorum terminos eorumque appellations : ut sunt Epochæ, Olympias, Indictio, Hegira, Aera, & si quæ similia momenta temporum, eorumque vocabula habentur. Vocant vero Epocham in genere, certum & illustre quoddam principium temporis, à quo reliqua tempora numerantur, vel in consequentia, vel in precedentia, vel in utramque partem. Epochæ porrò hujuscemodi duplices sunt, vel Ecclesiasticae, vel Politicae. Ecclesiasticae sunt, quæ in saeculis literis & Ecclesiasticis Historiis annotantur: inter quas prima & antiquissima est Orbis conditæ, ad Nativitatem usque CHRISTI SERVATORIS, secundum plerosque Chronologos, Annorum 3962. & inde à Christo nato, Anni 1601. usque in præsentem hunc: ita ut prima Epochæ à Condito Mundo buc usque sit Annorum 5563. Altera Diluvii, quod incidit in An. M. 1656. vel (ut alii) 1657. Tertia Turris Babylonica seu Confusionis linguarum, quæ accidit post Diluvium An. 131. Quarta Peregrinationis Abrahæ, ex Chariis in terram Chanaan, Anno Mundi 2021. Quinta Exodi seu migrationis Israëlitarum ex Ægypto, Anno Mundi 2451. Sexta Sabbathicorum annorum, seu remissionis, Anno Mundi 2499. Septima Jubilaorum, quorum initium pendit ab initio annorum Sabbathicorum. Est autem Jubilæus Septenarium Sabbathum annorum, hoc est, Ann: 49. quibus exactè, incipienteque anno Quinquagesimo, libertas in populo Dei proclamari debuit: cuiusmodi Jubilæi ab initio Mundi usque ad CHRISTI passionem numerantur 51: sed Mosaii, à primo usque ad CHRISTI passionem, triginta. Octava est Templo Salomonis, quod adificari cœptum Anno Mundi 2932. Nona est captivitatis Babylonica: quæ incidit in Ann. M. 3357. Decima est Hebdomadum Danielis, quarum initium est Anno Mundi 3506. Undecima & nobis Christianis usitatissima, est Annus Nativitatis seu Incarnationis CHRISTI, quam alii referunt ad Annum Mundi 3962. alii vero a A. M. 3970. maximè posteriores. Quam rationem numerandi annos à partu Virginis seu Nativitatis CHRISTI, annis demum ab illa 600. usurpari cœptam esse, autoritate Dionysii cuiusdam Abbatis Romani, scribit Be-

H. Boricorum
æorum.

Notationes
Epocharum.
Epocha quid.

Quotuplex:
Ecclesiastica
Epocha.

bit Beda: cum antea Christiani annis Imperatorum uterentur: ut patet ex Historia Evangelica Luc. cap. 3. quem morem Latina Ecclesia tanisper observavit: quemadmodum Graeca, annos Monarchia Graeca seu Alexandri M. retinuit. Praeter hasce Epochas, sunt & alia Ecclesiastica Septem, quas itidem pro certis temporum metis atque intervallis, ex Sacris quoq; literis, & rerum maximè, in iis memorabilium momentis exiraxit doctissimus Beroaldus, sola Sacrarum literarum autoritate nixus: quarum prima est ab O. C. ad Diluvium, annor. 1656. Secunda à Diluvio usque ad promissionem Abrahæ factam, de benedicto semine: annor. 427. Tertia, ab hac promissione, usque ad Legis Dni in monte Horeb promulgationem: annor. 430. Quarta, à legis promulgatione, usque ad fundatum Templum Salomonis, annor. 480. Quinta, à fundato Templo usque ad transmigrationem Babyloniam, annor. 408. Sexta, à transmigratione, usq; ad redditum populi in terram Iudaicam, annor. 70. Septima, Hebdomada Danielis, annor. 490. quarum initium est in primo anno Cyri Reg. finis in passione Domini: quæ omnes Epochæ, Intervalla, sive curricula Temporum in unum collecta, ostendunt annum Passionis Dominicæ esse, 3961. à quibus si demandatur anni aetatis CHRISTI S. 33, remanebit summa annorum à condito Mundo, usque ad CHRISTI nativitatem 3928. Quas Epochas licet nonnulli magnæ eruditioñis viri amplectantur, nec immeritò: tanquam ex veris & solidis Sacrarum literarum monumentis desumptas: tamen easdem corrigi posse in quibusdam Temporum intervallis, non est dubium. Sunt denique alii, non postremæ notæ Historici & Chronologi, qui veram annorum Mundi supputationem, hac Epocharum collocatione proponunt. Primo Aëtates patrum ab Adamo ad Diluvium includunt Annis 1656. Annum deinde Diluvii subjungunt 1. Porro Aëtibus Patrum à Diluvio ad natum Abraham tribuunt 292. Abrahæ vocationi in ætate ipsius 75. Inde usque ad exitum Israëlis ex Ægypto annos 430. Ab exitu hoc ad Templi Salomonis extictionem, ann. 480. Vitæ & regno Salomonis, post templi extictionem annos 36. Deince defectioñi Israhel à Domino, annos Roboami 3. Mens. 6. Ab hac defectioñe usque ad Hierosolymæ obsidionem annos 390. Ipsi obsidioni ac desolationi Templi Annum 1. Mens. 6. Captivitati Babylonica annos 70. Intervallo inter duas Judæorū migrationes ex Babylone annos 79. Daniels Hebdomadibus annos 490. Quæ summa in unum collecta facit annos

4004. usque ad mortem CHRISTI finemque Hebdomadum Danielis: de quibus, si demantur anni vita CHRISTI 34. incidet dies Natalis CHRISTI SERVATORIS in An. Mundi 3970. atque hanc suppurationem multis & evidentibus admodum fundamentis per varios rationcinationis modos confirmant iidem: maximè vero Crentz hemius Büntingus, Reusnerus, viri doctissimi & accuratissimi in hoc genere. Nos suum cuique (uti debemus) judicium relinquimus liberum: ut ex his sequatur sententiam eam, quam certissimam & maximè conformem rationibus calculi exquisitissimi deprehenderit. Interim non disimulamus: eos nobis placere maxime: qui ratione inquietendi, conuinandi & supputandi annos Mundi ab Orbe condito, ex sola S. Scriptura desumunt: cuiusmodi ferè sententias hic recitavimus: cum multi præstantium Chronologorum eos tantum annos probent in sacris, qui pertingunt, vel ad Historiam captæ Trojæ, vel ad initium Olympiadum: vel ad primum annum Urbis conditæ: vel ad primum annum Nabonassari Regis, quem volunt esse Salmanassarem, destructorem Regni Israëlitici: vel ad quartum usque annum Regis Jehojakim, qui incidit in primum annum Nebucadnezaris Regni Judaici eversorem, quem opinatur esse Nabopolassarem Ptolomei, vel denique usque ad primum annum Cyri Persarum Regis: reliquos autem annos usque id CHRISTUM pertexunt ex Historia Profana, descendendo vel per Olympiadas, vel per annos urbis Romæ conditæ, & Coss. Romanorum: vel per annos Nabonassari: vel per tempora regum Persicorum & Græcorū, usq; ad Imperium Augusti Cesaris, & inde usq; ad natum CHRISTUM SER. Nam lieet hæc omnia & ingenii habeant multum, & Studii non parum: tamen, quia, cùm in aliis temporum intervallis adhuc laborant: tūm, maximè, quia verum & certum annum connexionis Sacra & Profanæ Historiæ haud quaquam definiunt: ideo assensum per omnia illis præbere, haud ita licet facile. Cùm è contraria nemini piorum dubium sit: Spiritum sanctum, ut in aliis partibus rebusque ad salutem nostram pertinentibus: ita etiam in hac difficultate pro sua bonitate et gratia nobis adesse voluisse: et in sacris literis luculent a quædam vestigia Temporum exprimere, inde ab Adamo primo atque terrestri, usq; ad Adamum secundum, & cælestem CHRISTUM, que in annorum suppuratione, pii, velut Cynosuram quandam sequerentur: quod etiam longè tutius & firmius est, quam profanis incertorum Scriptorum autoritatibus inhærere. Sed de Epochis Eccles-

Alia.

Qua certores.

E. clesiasticis his satis. Plura de his, atq; adeò discrepantiam omnem præcipuum Chronologorum circa eas, qui cupit cognoscere: consulit posteriores Scriptores, quorum supra facta mentio: & his adiiciat ex Bedino causas, hujus perplexitatis: quæ plarumque ex diversis annorum initiis: ignorantia linguarum, & nondum satis apud veteres explorato Solis Lunæq; cursu promanarunt.

Epochæ Politicae sunt, quæ in Historiis profanis occurrunt, & in commerciis atq; civilibus negotiis usurpantur: ut sunt Epochæ Olympiadum: Urbis Romæ conditæ: Indictionum: Cæsarum: imperii Germanici, Hegiræ, Æra & si quæ sunt similes. Olympias, quæ usi sunt Greci est spaciū quatuor annorum, quibus expletis, quinto quoque anno Agon Gymnicus celebrabatur ad Elidem urbem Peloponesis in mense Junio, autore Iphito, ut testatur Pausanias lib. 5. Quia igitur Græcis initium erat anni in mense Junio, circa Solsticium æstivum: ideo & principium numerationis annorum in eo posuerunt, & quidem anno Mundi 3189. ut demonstrant Chro-nologi. Urbis Romæ conditio, collocata est in annum Mundi 3213. & expiravit propè circiter annum Mundi 445. à nato CHRISTO 477. Indictio spaciū est 15. annorum seu triū lustrorum, quæ cœpit Anno Christi 313. antè diem 8. Cal. Octob. Constantino & Licinio Aug. Coss. in Concilio Niceno confirmata anno 7. Imperii Constantini M. quemadmodum in Fastis Græcorum scriptum esse, his verbis Indictioræ καὶ τὸν πρῶτον ἔτος ἀρχὴν: testatur Onuphrius, Mutationem hæc Epochæ sensit aliquoties sub Diocletiano, & Justini anno illo mense Septembri eam incipiente: hoc ad initium anni civilis eandem revocante: sed de his disceptare non est hujus loci. Cæsarum Epochæ incepit cum C. Julio Cæsare, consulatu ejus secundo, quem gesit cum P. Servilio Isatrico A. M. 3918. anno V. C. 705. & duravit forte usque ad indictiones à Constantino M. factas atque corroboratas. Epochæ Imperii Germanici incepit cum Carolo M. A. C. 801. neque ita diurenta est. Epochæ Hegiræ vel Alhigeræ Arabicus & Turcis in usu non est loco anni hanc quidam ponunt in annum CHRISTI 621. quo Mahometes Alcoranum Turcicæ blasphemie promulgavit: alii in tempus expeditionis ejusdem circiter annum CHRISTI 592. collocant. Æra Hispaniæ erat spaciū, quo suos annos dimetiebantur, inde ab anno Imperii Augusti 16. ubi primum promulgatum est Decretum Tarracone, ut totus Orbis censeretur: desit autem in temporibus Regis Ferdinand

Epochæ Politi-ca.

Olympias.

Urbis Roma
Conditio.
Indictio.

Mutatio Dio-
cletiani & Ju-
stiniani.
Cæsarum
Epochæ.

Imperii Ger-
manici Epo-
chæ.

Hegira vel
Alhigeria A-
rabum.

Æra Hispaniæ.

nandi Catholicī, quibus rationem annorum CHRISTI cum aliis populis Hispani secuti sunt. Habuerunt & Persas suas Iessdagert, & alii alias rationes numerandi annorum seriem : de quibus vide Paulum Crisium, Funcium, Scaligerum, Christmannum, Crentzheimium, Freignum, & alios. Præterea occurunt etiam apud Ptolomeum, & Mathematicos quosdam Epochæ insigne : ut Regni Nabonassari, Mortis Alexandri, Cyclorum Methonis: Periodorum Calippi, Chaldaeorum & Dionysii &c. de quibus explicare instituti nostrinon est : monuisse de his Studiosos adolescentes tantisper, sufficiat.

Restat, ut de Locis communibus nonnihil etiam aspergamus in gradiam Studiosorum facultatis Historica, quibus si ulla alia scientia, certè hac vel maximè indiget : propter rerum copiam, difficultatem, varietatemque, & earundem in vita humana usum sive applicationem, valde necessariam. Extant autem non solùm Rhetorum ea de re præcepta eximia : sed etiam Locorum Exempla varia : de quibus nos unum atque alterum hic ponemus : arbitrium relinquentes Studioſo Histor. ui. quod commodissimum sibi judicabit, eo pro libitu ut. tur.

Probarunt autem jam pridem eruditiores cùm in nostra Argentinensi Academia, tām alibi alii, summa hac omnium rerum cognoscendarum capita quæ non solùm in Historia: sed in omni ad eadē Scientia, tām sacra, quā profana, & in omni cuiusvis boni Scriptoris resolutione obuia sunt, ac proinde diligenter observanda eorū series hæc est : Duo prima ac summa totius universitatis rerū capita constituuntur, CAUSA & EFFECTUS. Causa, vel est Prima; ut Deus : Secunda, eaque partim occulta, ut Fatum, Fortuna, Casus: partim constans: ut Natura : cujus affectiones sunt, Motus, Locus, Tempus. Effectus, est ipse Mundus. Mundi partes sunt Ether, id est, Cœlum, itemque Stellæ, vel Fixæ, signa Septentrionalia Zodiaci, Australia: vel Erraticæ, sive Planetæ. Elementa: ut Ignis, Aer: in quo vel ignita, vel media (ut colorata, mixta, venti) vel humida sunt Mereora. Aqua: cujus partes sunt aut communes: aut propria: ut Maria, Sinus, Fluvii, Lacus &c. Terra: in qua itidem consideranda aut partes ejus Naturales arque Artificiales: & haec iterum vel communes, vel propria. ut Regiones, populi, Urbes: aut cōtentia Terræ: cujusmodi sunt in visceribus Terra Metalla, Fossilia, Lapidés &c. in Superficie autem, Plantæ, Arbores, Fruites, Herbae: singula hæc varii generis, earumque fruges:

Iessdagert Per
sarum.

Epochæ Ma-
thematicæ.

Loci commu-
nes.

Duo summi
Loci.
Causa & Ef-
fectus.

Causa prima
omniū Deus.

Effectus, gene-
ratus Mun-
dus,

A Ether.

Elementa &
Ignis.

Aer.

Aqua.

Terra.

Partes ejus.

Contentia in-

terris & in Su-

perficie.

*Animalia.
Irrationalia.*

fruges: ut Frumenta, Legumina, Aromata, Succi, Liquores &c. Animalia, eaque partim Irrationalia, ut in Aere aves rapaces, mansuetæ, magna, parvæ, aquaticæ, terrestres: in Aquis, ut Pisces marini, fluviailes, iisq; squamosi, molles, & crustacei: in Terris, Quadrupedes, Ferae aut Mansuetæ: vel Amphibia pedibus utentia, aut humi repentina, vel insecta Volatilia atque Terrestria: partim Rationalia, ut Homo: in quo consideranda, Par. es ejus & Actiones. Partes Hominis sunt Due: Corpus & Anima. Corpus rursum suas habet Partes: Similares & dissimilares, easq; superiore, medias & inferiores: & Accidentia, ut sunt Forma, cuius contrarium deformitas: Sanitas, cuius contrarium Morbus: Vita, cuius contrarium Mors, eaque vel in certis partibus corporis, vel omnibus. Anima Hominis, vel est Vegetativa: ut Nutritio, concoctio, exhalatio, generatio &c. vel Sensitiva, eaque apprehensiva: ut Sensus exteriores, Visus, cui obicitur Color, Lux: Auditus, cui Sonus: Olfactus, cui Odor: Gustus, cui Sapor: Tactus, cui qualitates tactiles: itemque Sensus interiores, ut Communis, Phantasia, Memoria, Somnus. Velest Motiva, eaque vitalis, ut Pulsus & respiratio, & Progrediens, ut Progressio: Contractio membrorum. Vel est Rationalis, ut Mens & Intellexus, Volumen & omnes affectus: ut sunt Voluntas, Latitia, Dolor, Molestia, Cupiditas, Spes, Meatus &c. Actiones hominis, considerantur vel secundum Principia eorum: ut sunt Facultas, conatus, exercitatio: vel secundum Formam: ut Actiones Ecclesiasticae, Politicae, Oeconomicæ: Politicae rursus vel sunt Civiles, in administranda Republica, cuiuscunque formæ, Regiae, Optimatum, Populi: & gerendo Magistratu, cuiuscunque ordinis ac potestatis iubendi seu mandandi, consultandi, judicandi: vel sunt Militares, in gerendo bello positæ, quæ conspiciuntur in duendis ordinibus militaribus, in armatura bellica: in castris & obsidione: in aciebus ac præliis &c. Vel sunt Oeconomicæ, in gerenda familia, ubi etiæ expendenda sunt tam Personæ, quam Res: Personæ, quæ aut sunt cognatae nobis per sanguinem: aut Affines per Nuptias: aut servitiis officiisque nobis addictæ. Res nostræ Oeconomicæ, vel sunt immobiles, ut Domus, Fundi cum partibus suis: vel sunt mobiles, ut Pecunia, & Supellex, continens instrumenta domestica, vestimenta & ornatus. Vel denique considerantur secundum Finem, cumq; aut Summum, ut est Felicitas, Beatitudo: cuius contrarium, Miseria & Calamitas: aut Medium in quo veniunt, Utile & Honestum.

Utile

*Rationalia.
Homo.
Hominis partes.*

*Corpus.
Accidentia ejus.*

Anima Hominis.

*Vegetativa.
Sensitiva.*

Motiva.

*Rationalis.
Mens, Voluntas, Affectus.
Actiones Hominis, & eorum Principia.
Formæ.*

*Fines.
Bentitudo.
Utile.*

Utile, tam in genere, quam in specie: Divitiae, & Paupertas: Potentia & Imbecillitas: Autoritas & Contemptus, Honos, Gloria, Nobilitas, Infamia & Obscuritas: Libertas & Servitus. Honestum, nihil aliud est, quam Virtus, eaqz est vel Moralis, vel Intelligibilis: Moralis, ut Fortitudo in periculis adeundis, per animositatem ac celeritatem: in sustinendis per patientiam & constantiam: in propulsandis per vindicationem et auxiliu: ut Temperantia in voluptatibus corporis moderandis, per continetiam & castitatem: in vita & moribus, per modestiam ac moderationem: in negotiis per ordinem ac modum: in gestu & sermone per verecundiam: in Honoribus, vel per ambitionem. vel humilitatem: in Ira aut vindicta per mansuetudinem & clementiam: in conversatione familiari per comitatem: in seria per gravitatem: in jocosa per urbanitatem: in vestitu per decorum atqz ornatum ut Justitia, eaqz vel universalis, ut Aequitas & Lex: vel particularis: & ea rursus aut Commutativa, ut in contractibus: aut Distributiva communis, in omnes, & specialis qua cernitur in cultu erga Deum, ubi Religio: & in cultu erga parentes ac proximos: ubi Pietas spectatur: in verbis ac factis: ubi Veritas & Fides: in pecunia, ubi Liberalitas & Gratia: in officiis & vita consuetudine, ubi Amicitia: & qua his omnibus virtutibus sunt opposita vitia. Intelligibiles virtutes sunt Scientia, Prudentia, Ars: Artes autem vel sunt Liberales, vel Mechanicae, vel Ludicrae, vel Malae. Artes liberales occupantur vel in Oratione, vel in Natura, vel in Moribus. Oratio vel est Grammatica, cuius partes sunt tres, Orthographia, Prosodia, Etymologia sive partes Orationis earumque accidentia: Syntaxis & Figurae. His annumerantur Articuli, Pronomina, Adverbia, Conjunctiones, Praepositiones, item tota oratio & scriptura, una cum Historia & Poetica. Vel est Dialectica, cuius sunt Inventio, loci, judicatio, forma argumentandi, collocatio, & disquisitio. Vel est Rhetorica, cuius partes sunt vis Oratoris, in quo sunt Inventio, collocatio: Elocutio, & in hac Tropi, compositio, cum Ornamentis Verborum, Sententiarum & Actionis: Pronunciatio: Oratio cum suis partibus, Quæstio, Status. Quoad Naturam: habet illa sub se Physicam, Medicinam, & Mathematicam: sub qua considerantur aliae scientiae, ut Arithmetica, quæ versatur circa numeros Cardinales & Ordinales: circa Mensuras liquidorum, aridorum, intervallorum: circa Pondera & Numismata: habet etiam sub se, Musicam, Geometriam, & Astronomiam.

Honestum.
Virtus Morali.
Fortitudo.

Temperantia.

Justitia.

Scientia.
Prudentia.
Artes.
Liberales circa Orationem.

Circa Naturam.

*Circa Mores.
Mechanica.*

*Corporis ser-
vientes.*

Animo.

*Ludicra ar-
tes.*

Mala artes.

*Loci commu-
nes LXXVI.
ex hac rerum
distributione.*

*Quoad Mores & vitia, tractat de iis Ethica, Politica, Jurisprudentia, Theologia. Mechanicæ artes sunt quæ serviunt, vel conservationi corpo-
ris vel animi, vel externis commodis nostris. Corpori inserviunt ad ali-
mentum acquirendum, Agricultura, Venatio, Piscatio: vel ad alimentum
præparandum, ut Ars molitorum, Pistorum, Laniorum, Coquorum: Vel
ad sanitatem, ut Pharmacopœorum, Chirurgorum, Tonorum, Balneato-
rum, &c. Vel ad Vestitum, ut Textorum, Fullonum, Sartorum, Sutorum,
Pellionum &c. Ad animi oblectationem pertinent, Ars Typographo-
rum, Pictorum, Sculptorum, Statuariorum. Ad externa commoda præ-
paranda pertinent vel opera fabrilia, circa Ligna: ut Fabrorum ligneo-
riorum, Arculariorum, Carpenteriorum &c. vel circa lapides, & Lapi-
cidarum, Cementariorum, Vitriariorum, Figulorum: vel circa Metalla,
ut Aurificum, Aeriariorum, Stanniariorum, Ferrariorum: vel deniq; ad fa-
cultates comparandas, ut Argentariorum, Mercatorum, Nautarū &c.
Ludicra artes sunt, qua nec nocent multum, nec profund: ut Histriorum,
Athletarum, Funambulorum, Circulatorum &c. Male denique & fu-
gienda sunt Artes Lenonum, Veneficorum, Latronum, Furum & simili-
um. Ex hac universalis reram omnium distributione, extructi sunt Loci
Communes numero LXXVI. quorum hæc est series. Primus Locus est
de Deo & Spiritibus. 2. De Fato, Fortuna & Casu. 3. De Natura &
Motu. 4. De Loco ejusq; differentiis. 5. De Tempore & partibus ejus.
6. De Mundo & Cœlo. 7. De Elementis superioribus & de Meteoris.
8. De Aqua & partibus ejus communibus. 9. De Aquæ partibus pro-
priis. 10. De Terra & partibus ejus primū naturalibus. De Artifi-
cialibus Terræ partibus communibus. 12. De propriis Terræ partium no-
minibus. 13. De Metallaribus. 14. De Plantis: & primū de Arbori-
bus ac fruticibus. 15. De Herbis ac Floribus. 16. De Frugibus. 17. De
Animalibus: & primū de Volatilibus sive Avibus. 18. De Aquatilibus
sive Piscibus. 19. De Terrestribus animalibus quadrupedibus. 20. De
Amphibiis & Insectis. 21. De Homine, de Sexu, & Ætate. 22. De
Corpore & partibus ejus. 23. De bonis atque malis Corpori accidentibus.
24. De Anima, & primū de facultate Vegetativa. 25. De Sensitiva
facultate: ac primò de Sensibus exterioribus. 26. De Sensibus Interiori-
bus. 27. De Motiva facultate. 28. De Rationali anima, & primū de
Mente. 29. De Voluntate & Affectibus. 30. De facultate, de conatu
atque*

atque Actione. 31. De Sacris sive Ecclesiasticis Actionibus. 32. De Politicis, de Republica, de Magistratu, deque Formis Rerum publicarum. 33. De Ordinibus & muniberis Publicis. 34. De Senatu, de Concione & Comitiis. 35. De Causa & Iudicio. 36. De Pace & Bello. 37. De Economicis, ut de Familia & cognatione. 38. De Matrimonio & affinitate. 39. De Dominio ac Servitute. 40. De Domo & partibus ejus. 41. De Supellecili & Instrumento domestico. 42. De Lanificio, Vestitu & Ornato. 43. De Facultatibus & Pecunia. 44. De Fine actionum: primùm de Bono & de Felicitate. 45. De Utili: deque externorum bonorum speciebus. 46. De Honesto, de officio ac de virtute. 47. De Moralibus virtutibus: & primùm de Fortitudine. 48. De Temperantia. 49. De Justitia primùm universali, de Aequitate atque Lege. 50. De particulari Justitia Commutativa. 51. De Distributiva Justitia communi. 52. De Distributiva Justitia speciali. 53. De Scientia. 54. De Prudentia. 55. De Arte, Institutione ac Doctrina. 56. De Philosophia, & Artibus liberalibus: primùmque de Grammatica. 57. De Particulis. 58. De Oratione & Scriptura. 59. De Historia & Poësi. 60. De Dialectica. 61. De Rhetorica. 62. De Physiologia & Medicina. 63. De Mathematicis scientiis: primùm de Arithmetica. 64. De Musica. 65. De Geometria. 66. De Astronomia. 67. De Moralibus disciplinis. 68. De Mechanicis Artibus: & primùm de alimentum acquirentibus. 69. De Artibus alimentum preparantibus. 70. De Artibus ad Sanitatem & Cultum corporis servantibus. 71. De Artibus vestiariis. 72. De Artibus ad Animi delectationem facientibus. 73. De Fabrilibus artificiis. 74. De Artibus occupatis circa facultates comparandas. 75. De Ludicris ac vanis artibus. 76. & postremus de Malis artibus. Quibus ergò placet Studiosis, hi Locis modò commemoratis uti possunt, etiam in ἀναλογίᾳ Historicorum Scriptorum, & immensam eruditio[n]is varietatem copiamq[ue] in eos redigere: quemadmodum in Demosthene ac Cicerone, Specimen hujus rei exhibuit luculentum sanè atq[ue] egregium literatissimus vir Johannis Benzius, p. m. Collega & Affinis noster, dum viveret amantissimus: secutus consilium JOANNIS STURMII, communis Praeceptoris nostri, quos viros bono publiconatos, utinam Deus voluisse eidem superstites esse diutiūs.

Quod si verò hi loci generaliores videntur, quam ut Studiosus Historia-

Vsus horum
Locorum.

Exempla ho-
rum Locorum.
Cultor eorum
Ioh. Benzsus.

Alii Loci cōmunes paulo cōspecialiores.

Iohann. Jacobus Beurerus. Friburgensis Professor.

Principes Locis Duo: DEUS & HOMO. Loci speciales de Deo.

Loci speciales de Homine.

rum, in legendis ac resolvendis Historicis sibi propositis, iis abundè satis uti frui possit, & res omnes lectas cognitasque, eòdem tanquam in sedes a domicilia sua, certò tutò referre: ecce, prastò sunt alii, qui plures cellulas Ethicas & Politicas nobis exhibent, quarum usus multus esse potest futuro Historico. Eos autem liberaliter jam antè sive de suo sive de alieno communicavit Studiosis, vir doctissimus atque humanissimus Job. Jacob. Beurerus, Friburgensis Academiae Professor, cui ob id non exigua debetur gratia, ut & pro aliis ejus utilissimis in hoc Studiorum genere, laboribus. Ille autem principio, Duos quoq; Summos sive communissimos Locos cōstituit, qui sunt, D E U S & H O M O: singulis dein speciales suos atq; particulares Locos subjungit: veluti de D E O: 1. Loco queritur. An sit Deus? quid sit, qualis sit, quæ ipsius Actiones? unde Locus. 2. De Providentia & procuratione rerum humanarum. 3. De Fato & Necessitate. 4. De Contingentia & Libero Arbitrio & similes. In H O M I N E, tria præcipue considerantur. 1. Causa & Finis ejus, qui est Beatitudo ac summum Bonum, cui contraria est Miseria. 2. Partes Hominis: ut sunt Anima, primum ejusque immortalitas & Ratio: deinde Corpus. 3. Adjuncta homini bona & mala: In Adjunctis duo consideranda veniunt, Causæ & Species, Causæ sunt tres. 1. Natura seu indeoles sive ingenium: & sub hoc ingenii acumen atque dæcilitas. Contrar. Tarditas ingenii, vel obtusum ingenium. 2. Ars seu Institutio, in qua considerandæ sunt causæ Efficientes & Formales. Efficientes sunt Parentes & Praeceptores, quô pertinent Institutio parentum seu Educatio: item Disciplina & doctrina. Ad formalem causam pertinent. Ratio docendi & discendi, & Examina. Item Autorum lectio, delectus & explicatio, commentatio. Loca etiam institutionis, ut sunt Schola seu Academia, item Philosophica vita, & contraria Inertia, mala Institutio, Indulgentia parentum & Praeceptorum. 3. Exercitatio, quæ est vel Animi, qualis est Theoria, Contemplatio, Disputatio, Declamatio, Memoria exercitatio: vel Corporis, sub qua Labor, Experientia, Inventio rerum, Peregrinatio, Imitatio, Diligentia: & contraria Negligentia & curiositas. Hæc de causis bonorum & malorum. Species bonorum & malorum sunt tres: Honestum, Iucundum, Utile: & his contraria, Turpe, Moleustum, Inutile: quorum primum est animi, alterum corporis, tertium fortune. Quoad bona animi, sunt illa duplicita: aut enim sunt Intellectus, aut Voluntatis. Intellectus sunt Artes,

Artes, eaque vel Liberales, vel Mechanicæ. Liberales artes sunt, quæ Philosophia nomine comprehenduntur: sub quibus sunt Grammatica & Linguarum cognitio: Rhetorica, Eloquentia, Poësis: Logica: Arithmeticæ, Geometria, Cosmographia, Astronomia, Musica, Optica, Astrologia, Divinatio, Auguria, Physica, Meteorologia, Metallica, Psychologia, Historia animalium & Plantarum, Medicina, Ethica, Theologia, Gnomologia, Oeconomica, Politica, Jurisprudentia, Historia. Artes Mechanicæ sunt, Organica, Agricultura seu Res rustica, Architectura, Ædificia & eorum partes: Disciplina militaris, Nervatura, Venatoria, Nautica, Ars equitandi, Pictoria, Palestrica, Saltatoria &c. Voluntatis sunt, Affectus, perturbationes, cupiditates, concupiscentia, appetitus. 1. Specialis, Affectuum potentia, & impotentia, & obedientia affectuum. 2. Φιλαυγία, amor nostri, odium nostri. 3. Industria, feroꝝ, studium in rebus agendis. Contrà, Desidia, ignavia, pigritia. 4. Conscientia, Furia. 5. Φιλοσογ्यία, Amor naturalis liberorum, parentum, cognatorum, &c. 6. Gaudium, lætitia, tristitia, mœror, luctus. 7. Fastidium rerum præsentium. 8. Spes, fiducia, diffidentia, desperatio. 9. Animositas, audacia, pusillanimitas, animi demissio. 10. Cupiditas vindictæ, ultio. 11. Suspicio, zelotypia. 12. Sollicitudo, securitas. 13. Timor, metus, audacia. 14. Aegeynoia, Iræ vacuitas. 15. Pudor, verecundia, impudentia, inverecundia, rusticus pudor. 16. Pacis studium, Pacifici, Contentio. 17. Humanitas, φιλαρθρωτία, inhumanitas, μισαρθρωτία. 18. Benevolentia, favor: Odium, malevolentia. 19. Candor, gaudium ex rebus aliorū secundis: simulatio, zelus, invidia, indignatio. 20. Misericordia, immisericordia, ὀμηρεξανία. 21. Superbia, inflatio, despicientia, contemptus. 22. Voluptas, dolor. 23. Pœnitentia, Impœnitentia, lachrymae.

Virtutes in genere sunt 1. Modus, Mediocritas, Decorum, Honestum, Officium, & his contraria. 2. Boni mores, gravitas, dissoluti mores. 3. Vir bonus, innocentia, probitas, malitia, nequitia, improbitas, Heroica virtus. Prudentia, 1. Consilium, deliberatio. 2. Ordo, occasio. 3. Stratagemata. 4. Calliditas, astutia, stoliditas, stultitia, sub qua opinio, error, ignorantia.

Fortitudo, 1. Pericula, res prosperæ & adverse. Gravitas, moderationis, insolentia, stupiditas. 3. Temeritas, audacia, timiditas, ignavia. 4. Tolerantia, impatientia, mollesies. Temperantia, Abstinentia in

cibo,jejunium,intemperantia,voracitas,gula,heluationes. 2. Sobrietas
in potu,ebrietas,vinolentia,bibacitas, $\delta\sigma\omega\tau\alpha$: Luxuria sive luxus,con-
vivia insana. 3. Continentia in Venere,pudicitia,castitas,virginitas,lux-
uria,procacitas,libido,impudicitia,Amor insanus,leiocinium,stuprum,
incestus,adulterium,sortatio,polygamia,vagae libidines. Liberalitas,
1. Eleemosyna,parsimonia,parci. 2. Tenacitas,sordes,prodigalitas,pro-
fusio,largitio,avaritia, $\pi\lambda\varepsilon\omega\nu\xi\alpha$,usura,alea,ars parasitica. Magnifi-
centia. 1. Luxus, $\beta\alpha\gamma\alpha\sigma\alpha$, $\alpha\omega\pi\gamma\alpha\lambda\alpha$. 2. Ruditas,sordities, $\mu\chi\gamma\pi\zeta\pi\alpha$. Studium honoris, $\phi\lambda\omega\mu\alpha$, 1. Contemptus honoris,
 $\alpha\varphi\iota\omega\mu\pi\alpha$. 2. Ambitio.Magnanimitas. 1. Stoliditas,vastitas,super-
bia, $\chi\alpha\nu\omega\tau\alpha$ $\bar{\eta}\lambda\delta\iota\epsilon\tau\alpha$, 2. Pusillanimitas, $\mu\iota\gamma\omega\psi\chi\alpha$. Clementia,
mansuetudo,placabilitas. 1. Reconciliatio,sarta gratia. 2. Iracundia,
feritas,implacabilitas. 3. Crudelitas,sævitia,indulgentia,licentia. Ve-
ritas, 1. $\alpha\lambda\alpha\zeta\omega\epsilon\alpha$,simulatio,arrogantia,jactantia. 2. Ei\omega\ve\alpha,dissi-
mulatio. 3. Fucus, $\bar{\nu}\pi\bar{\kappa}\kappa\epsilon\tau\alpha$,stulta credulitas,suspicio,fraus,dolus,ca-
lumnia,sophistica fama. Amicitia,Humanitas, 1. Familiaris $\phi\lambda\alpha\bar{\zeta}\omega\pi\alpha$,Societas bona aut mala: $\bar{\eta}\delta\bar{\kappa}\bar{\eta}\bar{\epsilon}$ esse,civilitas,humani congressus.
2. Blanditia,adulatio,assentatio. 3. Inhumanitas, $\mu\iota\sigma\alpha\bar{\zeta}\omega\pi\alpha$,mo-
rositas,difficultas,contentio,rixæ,solicitudo,taciturnitas. Urbanitas,
1. Ludicra festivitas,dexteritas & suavitas morum:ludi,joci,sales,fa-
cetia, $\bar{\alpha}\bar{\zeta}\bar{\epsilon}\bar{\sigma}\mu\bar{\delta}$,urbana dicteria,scommata,relaxatio,& recreatio animi.
2. Scurrilitas, $\beta\omega\mu\omega\bar{\lambda}\chi\alpha$,mores inelegantes,garrulitas,linguae utilitas,
detractio,obtrectatio,maledicentia,scommata dentata, $\sigma\kappa\omega\pi\bar{\eta}\bar{\nu}\bar{\epsilon}\bar{\bar{\epsilon}}$,
obscenitas,turpitudo,cachinni,Histriones. 3. Rusticitas,inurbanitas,
agrestitudo,duritia,importunitas,molestia. Justitia, 1. Justitia erga
Deum,Pietas,Religio,Idololatria,superstitio,impietas,Atheismus:fi-
ducia in Deo,oratio seu precatio,ceremonia,pœna impietatis. 2. Justitia
universalis & particularis. 3. Pietas in parentes,& patriam:in liberos
 $\alpha\lambda\alpha\bar{\zeta}\omega\gamma\alpha$:in fratres $\phi\lambda\alpha\bar{\zeta}\omega\phi\pi\alpha$:in conjuges,amor conjugalis:in pere-
grinos,hospitalitas. 4. In præceptores,Gratitudo:in benefactores,Chari-
tas. 5. Pœna legitima scelerum & injuste factorum,supplicia,tormenta. 6.
Societas humana,civilis,politica,civitas,politia. 7. Persona & officia Ec-
clesiastica & Politica,Magistratus. 8. Cives,subditi,obedientia,se-
dirio,bellum intestinum,dissensiones civiles,concordia. 9. Leges,Ius
summum, seu rigor Juris,& equitas,consuetudo seu mos & ritus,statuta,
immuni-

immunitas, privilegia. 10. Conjugia, legitimæ nuptiæ, ritus nuptiarum, incestus, affinitas, divertia. 11. Rerum distinctio & proprietas: justa posessio: defensio honorum. 12. Contractus & uerba & pœna, pacta, lucrum. 13. Iudicia, Judex, corruptela munierum, accusator, calumnia, testes, testimonium, Jusjurandum, actio, præmium & pœna, mulcta, asyla. 14. Defensio hostis, inducia, fœderæ. 15. Delicta, flagitia, crimina, gradus delictorum species delictorum: ut sunt dolus malus furtum, violentia, injuria, cades, parricidium, adulterium, rapina, latrocinium, proditio, perjurium, veneficium &c. 16. Species Politiarum, ut Monarchia, Aristocracia, Democratio, Tyrannus &c. 17. Rerum publicarum mutationes & conversiones. Corporis bona & mala. 1. Sexus, sub quo Mas, fœmina, partus seu puerperium. 2. Vita, ætas, pueritia, adolescentia, juventus, senectus Mors, funerum ceremonia & sepultura, Epitaphia. 3. Valetudo bona seu sanitas: adversa valetudo, seu morbus, præcepta conservanda valetudinis species morborum, pestis, podagra, Febris, calvitium &c. 4. Robur, imbecillitas. 5. Forma, pulchritudo deformatas. 6. Actiones humanae, sermo, sensus, memoria, oblivio, circumstantia. 7. Res naturales: ut cibus, potus, vinum, situs, victus, panum appellationes & diff. rentiae: somnus, somnia, quies, motus. Fortunæ bona & mala. 1. Patria, parentes, liberi, exilium, amici. 2. Nobilitas, natales, novitas: ignobilitas, obscuritas generis, ementita nobilitas: aula, aulica vita. 3. Divitiae, opulentia: paupertas, inopia, aurum, argentum, famæ, annonæ & charitas, vilitas, adficia. 4. Pax, bellum, bella civilia seu intestina, victoria. 5. Nomina. 6. Status seu genera & conditiones vitæ. 7. Libertas, servitus. 8. Gloria, honor, bona fama, infamia, ignominia, dedecus, laus, commendatio, eulogia, auctoritas. 9. Felicitas, infelicitas, calamitates, afflictiones & miseria generis humani. 10. Consolationes opponendæ miseriis. Sunt ergo præter Duos communes Locos, DEUM & HOMINEM, alii intermedii & speciales 125. quibus Studiosus Histor. plures potest adjungere si hi non sufficiunt, vel hos ipsos etiam contrahere, si forte abundant. Semper autem & in omnibus Locis adhibebit Logicam, ceu instrumentum certissimum, & singulos locos, in suas distinguet cellulas: veluti in causas, effictas, subjecta, adjuncta, disjuncta, comparata, similia: nomen, distributionem, exempla, definitionem, testimonia: sub quibus comprehendet Proverbia, sententias, apophategmata & id genus alia: quæ possit tam in loquendo,

In Locis Com.
implendis Lo
gica opus.

quam inscribendo, commentandoque, his omnibus uti commodius, certius,
atque felicius.

Iam si & hi loci communiores videntur, quam ut Historiarum Lectio-
ni recte digerenda, sigillatim & in specie subserviant: utpote in qua plae-
rung, res humanas, & in illis ipsis triahæc potissimum spectamus: Cōsilia,
Dic̄ta & Facta: sequatur Historiarum Studiosus consilium doctissimi &
Cl. Bodini, qui facilem & jucundam rationem Locorum communium in-
stituendorum, cap. 3. Methodi commonstrat: & ut hæc tria ex omni Histo-
ria acquiri non magnolabore queant, plane explicat. Mihi, si dicendum
est, quod sentio: non equidem improbo: priores duas Rationes Locorum
communium faciendorum, cum in aliis omnibus Scriptoribus, tum etiam
in Historicis: quæ amba tamensimiles sibi valde sunt, ac pro una eadem
que censeri possunt, eaque docendi causa appellari Philosophica. Pro-
bo autem propterea, quod explorata est à multo iam tempore utilitas:
auctoritas autem conciliata, per vetustissimos ac summos Philosophos,
Platonem in Phædro, aristotelem in Ethicis, Logicis & Rheticis: Cicero-
nem 2. de Invent. Herennianum Magistr. lib. 2. Hermogenem in doctrinâ
de Statibus. Quintilian. libr. 7. & judicio multorum clarissimorum viro-
rum, cum superiorum sæculorum, tum præsentis nostri confirmata. Laudo
etiam alteram rationem Cl. Bodini, qua specialior, & Historiis legendis
accommodatior est: propriusque accedit ad finem, usumque legenda Histo-
ria, ac ob id Historica dici posset: verum, quia ad Tyrones Historiarum
nostra hæc instituta est Admonitio, & iis insuper servire debet, quibus ob-
varia impedimenta, non datur minima quaque rimari, notare, & in pro-
priæ sedes, convenienti Methodo singulari digerere: iccirco suaserim, ut
tales, duobus Generalissimis Loci contenti, ad eos ipsos referant præcipua,
quæ ipsis in Historiis legendis occurrent: Sunt autem quæ leguntur in
Historiis, duoram maximè generum: Divina & Ecclesiastica: & Huma-
na sive Politica. In iis duo cum primis notabunt Historiarum Studiosi:
Personas & Res.

Personæ iterum vel sunt Ecclesiastica: vel Politicæ, & Oeconomicæ.
Sic & Res, vel Sacra sunt, vel Profana: & ha rursus vel Publica & Poli-
tica: vel Privata & Oeconomicæ. Juxta hanc simplicem & Popularem
distributionem rerum in Historiis observandarum, Studiosus duo sibi con-
ficiet volumina: unum Personarum, alterum Rerum: singula dividet in
duas

Specialiores
Histor. Loci
communes ex
Bedini Me-
thod. cap. 3.

Primerum
Locorum au-
toritas.

Locorum Bo-
dini commer-
ditas.

Alia & fortè
compendiosar
Locor. Com in
Historia &c.
Ratio.

Historica res
Duorum ge-
nerum.
Divina & Hu-
mana.

In iis Duo sum
mi Loci.

Personæ &
Res.

Singula singu-
lis includenda
Columinibus.

duas partes, quarum una habebit Personas, altera Res, utraque vel Ecclesiasticas vel Politicas. In singulis observabit ea, quae præcipiuntur ab Artificibus: ut pote in Personis naturales, educationem, cursum etatis ejusque, animi & corporis conditiones, exiit, & quæ ejus generis sunt alia. In rebus ponderabit præcipue Actiones & Casus rerum humanarum, consilia, dicta, facta, & horum omnium eventa. Nam totam rerum universitatem, hic complecti velle, juxta Locos superius commemoratos, secundum quidem & utile foret: sed operosum nimis, & nonnihil à fine Historiae legendæ remotum. Præsertim cum SS. Theologia, una cum rebus Naturalibus, & Artificialibus, jampridem hoc ambitu Historiarum sese exemerint, & à suis Magistris in certas artes, Praeceptorum & Exemplorum systemata, sint redactæ. Quia igitur Historia ut plurimum jam versatur circa vitam civilem & Politicam rectè instituendam, regendam conservandamq;: iecircò omnium maximè occupatus erit Historiarum Lector, in hujus generis Personis & Rebus considerandis: & hic usurpabit non incommode Locos Ethicos, Politicos & Oeconomicos: cuiusmodi ferè supra in Ordine recitavimus aliquot: vel si qui his sunt meliores, explicatores atque commodiores. Ante omnia autem memor erit circumstantiarum, quas vocant: ut sciat: non modò quis vel qualis hanc aut illam rem præclaram gesserit, hoc vel illud dixerit &c. sed etiam quo tempore, quo in loco, qua occasione, quibus de causis, quomodo, quibus auxiliis, quo evenitu atq; successu, & si quæ sunt similia? His duobus voluminibus Personarum & Rerum utrung; constructis: Duo omnium maximè necessaria subiunget Historiarum Lector: quorum unum est Regula sive Praeceptum: alterum Exemplum. nam sine his duobus frustranea omnis erit Lectio, & Labor irritus. Est autem Regula hic sive Praeceptum, nihil aliud, quam brevis & arguta sententia, Axioma, vel Aphorismus vel Thesis aliqua, quæ continet utilem admonitionem, doctrinam seu Praeceptum, de Persona, de Re vel actione, aut aliqua alia circumstantia notabilis, & suo tempore locove in usum transferenda. Cuiusmodi Regulas, Praecepta sive sententias, Studiosus Lector sibi ipsi partim inter legendum potest confidere: partim ab Autore, quem cognoscit, allatas. (ut sèpè fit in sententioso aliquo Scriptore) excerpere: partim à Philosophis, maximè Gnomologicis, mutuare, & singulus Personarum aut Rerum observationibus subjungere, & annotare in his ipsis voluminibus: vel (si placet) duo specialia sibi cōponere.

Et in suas distribuenda partes.

Es ponderanda secundum circumstantias suas.

Locus quam paucissimis et maximè propriis.

Accurate observatis circumstantiis.

Eo fine, ut ad singulas Observationes ad sit vel Regulae alegria vel Exemplum.

Quid Regula hic?

Vnde sumendas.

Exempla,

Vsiu.

Adminicula.

Conclusio ad monitionis.

nere volumina insuper: unum Regularum sive Sententiarum: alterum Exemplorum: quæ tam certis nos ac characteribus referant se ad priores observationes Personarum & Rerum in duobus anterioribus voluminibus comprehensas: ut ex his omnibus tanquam è divite penne, postmodum de promere possit: si quid publicè aut privatim dicendum, agendum, consulendum, suadendum, scribendum denique aut commentandum sit: addo etiam in vita moribusque exprimendum.

Hæc Ratio, licet videri possit nimium generalis, simplex, rudit ac sterili: tamen observata aliquandiu, tritaque sapientius, immensum dabit cumulum pulcherrimarum Observationum, Regularum & Exemplorum, quorum in omni vita usus erit longè maximus. Atque huic rei opinor subseruent non parum Indices nostri, quos brevi, Deo juvante, in lucem dabis: in quibus distinctè tam Persona Ecclesiastica, quam etiam Res uiri usque generis poterunt conspicere: quin & in Historia nostra Præctica, quæ Theoreticas hæcce partes in sequetur, non nihil istiusmodi rerum videre, & subsidii quid inde sumere licebit, quibus placet, & quibus hæc Studia iucundissima & utilissima cordi sunt: quemadmodum hos ipsos hortor, ut aliorum quoque summorum virorum in hoc genere jam antè nos, exaltatos labores ne negligant: sed grato animo iis tantur fruuntur, eosdemque orent mecum: ut porrò, quod instituerunt, absolvant, ad rei literariae commodum, ingenii ac industriae suæ laudem: & totius vita humanæ utilitatem.

Sed hæc hactenus de duobus propositis capitibus: primùm, Quinam & quales legendi sint Historici: deinde, Quomodo legendi sint? Studiosos Historiarum & & obiter admonuisse, digitumque ad fontem quasi intendisse sufficiat: præsertim cùm in Prolegomeno hujus Syngrammatis, nonnihil etiam talium rerum attigerimus. Boni consulent & candidè interpretabuntur isthæc, quotquot amant studia Historica: atq; ex hoc quædam alia, forte non inutilia à nobis deinceps expectabunt, si aura divina adspiraverit. Sed nunc Indicem & Catalogum Historicorum tam Universalium, quam Particularium, à primis usque ad ultimos nostri seculi, contexamus oculisque subiiciamus.

INDEX

S E Q U I T U R

INDEX RERUM ET VERBORUM: QUÆ IN SYN- GRAMMATE HOC CONTI- NENTUR.

A.



- Bratham filius Tharab. 35. 36.
Absolon filius Davidis 48.
Achab Rex. 53.
Academia instaurata: Parisiensis.
III. Pragensis: Viennensis: Colonensis: Erphordiensis. 132.
Ingolstadiensis; Tubingensis:
Maguntinensis: Wittebergensis:
Francofordiensis ad Oderam.
136. Gießena. 154.
Adam primus Homo. 31. 33.
Adolphus Nassovius. 127.
Adraſtus. 45.
Adulterii Suspicio miraculo sublata. 118.
Adrianus Pontifex. 138.
Adriani moles. 141.
Aeneas. 46.
Aedile's curules. Romæ 74.
Aesculapius Romam delatus. 77.
Aeris publici abstinentia singulare exemplum. 81. 83.
Aelius Hadrianus Imperator. 97. E-
- jus singulares Ingenii dotes. ibid.
nudo capite orbem Terrarum ferè totum peragravit. ibid.
Aelius Pertinax Imp. 98.
Aemylianus Imp. 100.
Aera Hispanorum quid. 168.
Agricultura primò inventa. 32.
A'gélas Imperator. 100.
A'ngibodinatov. 75.
Alba Regalis à Turcis occupatur. 151.
Albertus Fridlandia Dux. 162.
Alemanni. 43. 104.
Alcibiades. 69. 70.
Alexander Magnus. 73.
Alexander Severus. 27. 99.
Alexander Medices Papa. 153.
Alexander Imp. Rom. 102. Constantinop. 112.
Alpes Pœninae. 79.
Alcoranum Turicum. 109.
Alphonsus Rex. 125.
Albertus I. Imper. 127.
Albertus II. Imp. 134.
Albertus Brandenburgicus. 134.
Algieria à Carolos affectata. 142.
Amazones. 42.

Amos

I N D E X.

- | | |
|---|--|
| <i>Amos Propheta.</i> 55. | <i>Ariovistus.</i> 88. |
| <i>Amurathes I. Turcarum Tyrannus.</i>
132. | <i>Argentoratum propè, magna cla-</i>
<i>des.</i> 103. |
| <i>Amphyictionicum Oraculum.</i> 136. | <i>Argentina devastata.</i> 106. |
| <i>America reperta.</i> 137. | <i>Argentinense bellum.</i> 148. |
| <i>Ancoranus Gallie Marescalcus Pa-</i>
<i>rificis interimitur.</i> 158. | <i>Argentinæ Imperat: edicta publi-</i>
<i>cata, de restituendis bonis eccle-</i>
<i>siasticis.</i> 162. |
| <i>Annona ingens caritas.</i> 161. | <i>Armorica Civitates.</i> 105. |
| <i>Antenor.</i> 51. | <i>Arthurus Rex Britanniaæ.</i> 106. |
| <i>Antiochi furor.</i> 82. | <i>Artemius Anastasius Imp.</i> 110. |
| <i>Anthonius Adulter.</i> 91. | <i>Artabasdus Imp.</i> 110. |
| <i>Antoninus Pius.</i> 97. | <i>Arnulphus Imper.</i> 114. |
| <i>Antoninus Philosophus.</i> 98. | <i>Armeniaci cæsi.</i> 134. |
| <i>Antonius Caracalla.</i> 98. | <i>Arminianorum secta,</i> 158. |
| <i>Auglo Saxones.</i> 105. | <i>Asphaltites.</i> 36. |
| <i>Anastasius Dicorus.</i> 107. | <i>Aseanius.</i> 52. |
| <i>Andronycus Tyrannus.</i> 112. | <i>Affyrii.</i> 52. 57. |
| <i>Anglici motus.</i> 131. | <i>Astyagis crudelitas.</i> 63. |
| <i>Annona ingens caritas.</i> 134. | <i>Athenienses.</i> 43. 52. |
| <i>Anabaptistarum bellum.</i> 141. | <i>Athenæ delecta.</i> 70. |
| <i>Appii Claudi libido.</i> 68. 77. | <i>Attila Hunnerum Rex.</i> 106. |
| <i>Apelles.</i> 74. | <i>Aureum vellus Iasonis.</i> 44. |
| <i>Aquila primum facta Signum Im-</i>
<i>perii Ro: 85.</i> | <i>Aurei velleris Ordo.</i> 133. |
| <i>Aquisgranum Imperii Civitas.</i> 119. | <i>Augustus Imperator.</i> 93. |
| <i>sedes Imperatoria.</i> ibid. | <i>Aulus Vitellius Imp.</i> 96. |
| <i>Aquinigranum tumultus excitatus.</i> 147. | <i>Aurelius Victor.</i> 98. |
| 156. | <i>Aurelius Commodus Imp.</i> 98. |
| <i>Artes Mechanicae inventæ.</i> 32. | <i>Aurelianus Imper.</i> 101. |
| <i>Artes variae.</i> 172. | <i>Aurelius Probus Imp.</i> 101. |
| <i>Arca Noë.</i> 33. | <i>Aurelius Carus.</i> 101. |
| <i>Argonautica Expeditio.</i> 44. | <i>Ausonius Poeta.</i> 104. |
| <i>Artaxerxes.</i> 68. | <i>Austria Ducatus origo.</i> 123. 127. |
| <i>Aristoteles.</i> 73. | <i>Avignonis sedes Pontificum.</i> 129. |
| <i>Archimedes.</i> 79. | <i>Aurea Bulla promulgata.</i> 131. |

Augu-

I N D E X.

Augustana confessio. 139.

Augustanus Tumultus ob Calendarium Gregorianum. 148.

B.

B Aalitici Sacerdotes. 54.

Babylonica Turris 35.

Babel quid significet. *ibid.*

Babo Comes de Abensperg 32. filios Ratibonam adduxit. 118.

Bacchus. 43.

Basiliscus Tyrannus. 107.

Badensis Marchionatus controversus. 148. compositus. 161.

Bavariae Ducatus. 115.

Bambergenfis Episcopatus fundatur. 118.

Bajazetes à Tamberlano captus. 126

Battorius Gabor Transylvanie Princeps. 156.

Beatitudo Civilis. 1. 2.

Benè vivendi præcepta & exempla unde petenda. 1. 2.

Belgradum capitur. 135. 141.

Belgici Principes castigati. 142.

Belgica inducia. 154. 155.

Bellum primum. 36.

Bellum Alsaticum. 148. 152. 155.

Bellum Allobrogicum. 84.

Bellum Armeniacum. 134.

Bellum Antiochinum. 80.

Bellum Anabaptisticum. 141.

Bellum Bohemicum. 159. 160.

Bellum Burgundicum. 135.

Bellum Belgicum. 136. 145. 146. 147.

154. 161.

Bellum Carthaginense. 77. 81.

Bellum Cyprium. 145.

Bellum Cimbricum. 84.

Bella Civilia Romæ. 85. 89.

Bellum Creticum. 86.

Bellum Caesaris & Pompeii. 89.

Bellum Danicum. 143. 156.

Bellum Gallicum. 79. 88. 140. 141.

Bellum Gladiatorium. 87.

Bellum Husiticum. 133.

Bellum Helveticum. 132. 136.

Bellum Italicum. 158.

Bellum Iugurthinum. 84.

Bellum Illyricum. 79.

Bellum Ligusticum. 78.

Bellum Livonicum. 151.

Bellum Mithridaticum. 85.

Bellum Melitense. 145.

Bellum Moscoviticum. 157.

Bellum Octavii cum Anthonio. 92.

Bellum Polonicum. 161.

Bellum Persicum. 162.

Bellum Punicum. 77.

Bellum Philippicum. 80.

Bellum Peloponnesiacum. 69.

Bellum Sacrum. 72.

Bellum Samnitium. 75.

Bellum Sueicum. 146. 156. 161.

Bellum Sabaudicum. 148.

Bella Servilia. 86.

Bellum Tarentinum. 77.

Bellum Turcicum. 135. 142. 149. 153.

Bellum Venetum. 137. 145. 153. 158.

Bellovesus Gallorum Dux. 62.

Bellisarius Dux Justiniani. 107.

Benja-

I N D E X.

- | | |
|---|---|
| Benjamin Tribus deleta. 47. | 66. clangore anseris conservatum. 71. |
| Berengarius Longobardus. 114. 115. | Camilli erga Patriam amor. 71. |
| Berga ad Sumam capitulatur. 161. | Catilinaria conjuratio. 87. |
| S. Bernhardus. 122. | Cato Censor. 87. |
| Bethleem Gabor, fit Princeps Transsylvaniae. 156. | Cato Uticensis. 89. |
| Bibliotheca Palatina celeberrima, direpta. 160. | Cæsii & Bruticæ conjuratio in Cæsarrem. 90. |
| Bigamus primus. 32. | Cajus Caligula Imp. 95. |
| Boii unde. 43. | Carnium Eslis. 34. |
| Bohemæ Regnum auctum. 131. | Carolus Magnus Imper. III. Ejus stirpis in Franconia defectio. 114. |
| Bohemæ Regni calamitas. 159. 160. | Carolus Calvus Imp. 113. |
| Bombarda inventa. 132. | Carolus Crassus Imp. 113. 114. |
| Borussia ab Imperio aulsa. 135. Poloniæ Regno adjuncta. 142. Brandenburgicis Principibus in Feudum data. 156. | Carolus simplex Galliarum Rex. 114. |
| Breda in Belgio occupatur. 161. | Carolus IV. Imp. 130. |
| Britannicum vallum. 98. | Carolus V. Imp. 138. & seqq. |
| Brunsyvicense bellum. 153.. 157. | Carolus IX. Rex Gallia. 145. |
| Wundschuh der Wauren. 137. | Carolus Burgundus casus. 135. |
| Burgundiones unde dicti. 105. | Carolus Lotharingus Episcopus Argentinensis. 148. |
| Busiris Tyrannus. 39. | Carolus Bironius Gallæ Marescallus. 152. |
| Byzantium 72. 102. | Calculi morbus divinitus curatus. 118. |

C.

- | | |
|---|----------------------------------|
| C ain & Abel. 32. Caini pœna. ib. | Camæ Imperialis judicium. 136. |
| Cajus Julius Cæsar. 90. ejus res gestæ. ibid. | Caletum occupatur. 142. 148. |
| Cajus Marius: Pater Patriæ. 85. | Casper de Colligni. 145. |
| Canaan Terra divisio. 42. | Calendarium Gregorianum. 148. |
| Candace Æthiopum Regina. 49. | Cerevisiæ author. 43. |
| Carthago condita. 52. deleta. 81. | Celtæ unde. 43. |
| Cambyses Tyrannus. 65. | Censores Romani. 66. |
| Capitolium Romanum 61. captum. | Chronologia. 30. 176. |
| | Chronologi. 176. |
| | CHRISTUS semen Mulieris, promis- |

I N D E X.

- | | |
|--|---|
| <i>promissus Messias.</i> 32. | 158. |
| C HRISTUS <i>Servator Mundi</i>
<i>nascitur.</i> 93. | <i>Conjugium primum à Deo institutum.</i> 31. |
| <i>Chami posteritas pernicioſa.</i> 35. | <i>Corinthii</i> 43. <i>Corinthus.</i> 83. |
| <i>Chore, Dathan & Abiron.</i> 41. | <i>Codri Regis erga Patriam amor.</i> 52. |
| <i>Christianus Anhaltinus Princeps.</i>
155. | <i>Consules Romani.</i> 74. |
| <i>Christianus P. Brunsuicensis.</i> 161. | <i>Conjurationes.</i> <i>Romæ</i> 90. |
| <i>Christianus Dania Rex, Saxonici</i>
<i>Circuli inferioris defensor.</i> 162. | <i>Cornelius Gallus Poeta.</i> 92. |
| <i>Christianorum persequitiones.</i> 96.
103. 149. | <i>Coccejus Nerva Imp.</i> 97. |
| <i>Chrysolora Professor Græcus in Ita-</i>
<i>lia.</i> 132. | <i>Commodus Imp.</i> 98. |
| <i>Christophorus Marchio Badensis.</i> 137. | <i>Constantinus Chlorus.</i> 101. |
| <i>Christophorus Columbus.</i> 137. | <i>Constantinus Imp.</i> 102. |
| <i>Cicero.</i> 87. <i>Ejus ævum.</i> 90. <i>mors.</i> 91. | <i>Constantinus Magnus ad Imperium ab</i>
<i>Angelo vocatus.</i> 102. <i>Ejus virtus ib.</i> |
| <i>Ciceronis juditium de Historiis.</i> 6. 7. | <i>Constantinus filius Heraclii.</i> 109. |
| <i>Circumcisio à Deo mandata.</i> 36. | <i>Constans Imp.</i> 109. |
| <i>Clades maxime.</i> 54. 113. 114. 120. 130.
135. 142. 161. 162. | <i>Constantinus Pogonatus.</i> 109. |
